RTHENIUS NICÆENSIS

QUALE IN

FABULARUM AMATORIARUM BREVIARIO

DICENDI GENUS SECUTUS SIT.

SCRIPSIT

RICARDUS MAYER-G'SCHREY

DR. PHILOS.

HEIDELBERG.

CARL WINTER'S UNIVERSITÄTSBUCHHANDLUNG.

1898.

PARTHENIUS NICÆENSIS

QUALE IN

FABULARUM AMATORIARUM BREVIARIO

DICENDI GENUS SECUTUS SIT.

SCRIPSIT

RICARDUS MAYER-G'SCHREY

DR. PHILOS.

HEIDELBERG.

CARL WINTER'S UNIVERSITÄTSBUCHHANDLUNG.

1898.

GUSTAVO UHLIG.

Rerum quae tractantur conspectus.

Parthenius Nicaeensis inter paucos poëtas Graecos est eos, quorum aliquid etiam soluta scriptum oratione servatum habemus. Unicus est inter omnes scriptores Graecos, quod in hoc uno, quantopere Romanorum studia Graecis ingeniis ducta quasi sint et recta, evidentissime possumus cognoscere; non quia Parthenii opera poëtis Romanis, qui Alexandrinorum omnium libros exhauserunt, imitationi fuisse scimus, neque quod ipsum anno a. Chr. n. 72[1] in Italiam ductum et poëtam atque grammaticum Romae versatum ac Neapoli praeclarissimis illorum temporum poëtis discipulis amicisque usum esse notum est, sed quia habemus eum libellum, qui περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων in Palatino codice inscriptus est, a Parthenio epistula adiecta Cornelio Gallo amico missum.

Quorsum a se collectae sint hae XXXVI fabellae, ipse Parthenius dicit in epistula: Τὰ γὰρ παρά τισι τῶν ποιητῶν κείμενα κτλ.[2] Ortum autem esse oportet opusculum inter annum primi saeculi septuagesimum, quo anno Gallus natus est, vel potius quoniam ante vitae vicesimum annum Gallum elegias composuisse vix opineris, inter quinquagesimum et vicesimum septimum, quo anno Gallus ipse se interfecit.

Quonam autem genere dicendi Parthenius in hoc libello usus sit investigare conducit cum propter ipsius virtutes, tum quia post Polybium spatio satis longo intermisso primus prosae orationis scriptor nobis exstat. Tamen ne ex eius sermone de illius aetatis oratione nimium efficiamus cavendum; namque non tam scriptor Parthenius est quam poëta, qui «germanus Alexandrinae scholae

[1] Cfr. Meinekii Anal. Alex., pg. 257.

[2] De hac tota re cfr. Rohde, Gr. R. pg. 113 sq.

alumnus» in carminibus, quantum vel ex paucis fragmentis videre possumus, novis vocabulis et inusitatis abundasse videtur.[1]

Deinde fabulas ex aliis poëtis scriptoribusque collectas horum ipsorum hic illic verbis ab eo narratas esse probabile est.[2]

Opusculum autem ut quasi in officina poëtae et inter instrumenta ortum vocibus ab oratione soluta plane alienis refertum est, ita scriptor narratiunculas siquidem οἱονεὶ ὑπομνηματίων τρόπον collegit, paullo neglegentius compositum est (cfr. F VII sq.).

Accedit, quod Parthenium propter argumentorum aequabilitatem magna varietate dictionis carere necessarium fuit. Neque idem est ubique; nam cum nonnunquam rem in angustum cogat, ubi argumenta dilatat, narratorem se praebet sollertem eumque, qui non frustra in disciplinam principum eius generis scriptorum se tradiderit, ut, quamquam abest τὸ περιττόν, non omni libellus nudus sit lepore et ab Antonini Liberalis, quocum in codice coniunctus est, vili opere prorsus discrepet (cfr. E 4 s. τέ).

De codice, quem ipse diligentissime perlegi, cum post Gutschmidium satis verbose cum a Sakolowskio nuper tum a Martinio disceptatum sit, vix quidquam mihi restat notandum.

At de editione ipsa Sakolowskiana, quam quia facillimam aditu iudicabam, fundamentum mihi elegi, pauca praemittenda sunt. Nam hoc fundamentum, quod ipse vocat Sak. pg. XV, satis «certum» non est. Atque ut praeteream id, quod haud paucis locis nimis temere, ut opinor, aut quod ipse aut quod alii coniecerint, in textum recepit[3], quin duo obiciam facere non

---

[1] Cfr. frgm. I ἄννεμε; III ἀμυσχρόν hoc uno loco; VII ὠγένιος; XIX αὐροσχάδα †; XXIV ἀγχίγαμος, Nonn. Dion. 5, 572; XXV θημοσύνη †; XXX δρύψελα †; XXXII σαρωνίς unus Call. h. Jov. 22; βεύδεα, Sappho; Call.; (XXXIX ἄβρυνα, cfr. Mein. pg. 293).

[2] Cfr. Sakol. praef., pg. XVI; vide fabulae III finem, ubi Meinekius senarium Sophocleum agnovit, finem fab. I et adnotationem Meineki; Sakol. pg. XVIII s. θεραπαινίδιον; etiam fab. XII pg. 25, 5 verba ἤλασεν ἐς συφεούς — ⏑⏑ — ⏑⏑ — versum prodere videntur, cfr. pg. 11.

[3] Cfr. pg. XCV praef. Sak.

possum: alterum quod in adnotationibus criticis non satis diligens fuit, alterum quod in textu ipso ter voces integras omisit.

In fabula XX. enim, ut a graviore incuria incipiam, pg. 21,14 cod. exhibet: διὰ λόγων ἔσθ' ὅτε γινομένων; ἔσθ' ὅτε omissum apud Sak. neque quidquam adnotatum est.

In fab. XXXI. pg. 45,12 cod.: ἐνεδίδου τὸ σῶμα διὰ μῆκος χρόνου; διά ap. Sak. deest, quamquam sensu postulatur.

pg. 46,22 cod.: φησὶν αὐτὴν γενέσθαι; αὐτήν omissum ap. Sak.

Quod autem adnotationes neglegenter congestas esse dixi, paucis exemplis confirmetur:

pg. 6,12 Sak. ὡς Διδυμέως, cum codex et edd. omnes εἰς Διδ. praebeant; num operarum hic error est?

pg. 41,21 uncis inclusit δή; nihil adnotatur; δή sane retinendum est; post αὐτῷ pausa longior statuatur necesse, cfr. ed. Hercheri. ἔνθα relativum non nisi de loco adhibetur (cfr. E 4 s. δή).

pg. 34,10 πρώτη Sak. c. codice; sed non comperimus Meinekium et Hercherum πρῶτον Legrandii accepisse. Nec quae Passovius, alii hoc loco protulerunt respiciuntur. πρώτη sane sensu caret (cfr. pg. 6).

pg. 35,3 desideramus, quod Kramerus Strab. vol. II, pg. 387 ad locum Parthenii sanandum attulit, qui de Diodori V, 50 admonet et pro Κήτορος scribi vult Ἑκήτορος.

pg. 6,17. 17,20. (21,14) cum adnotetur ἐς codicis in εἰς mutatum esse, reliquis locis, quibus idem factum est, 14,11. 25,5. 48,21 tacetur.

Parum accurate adnotatum est etiam ad pg. 5, 5; ad 20, 18; ad 33,7. 21,2; 25, 4: γίνεται iam apud Hercherum, (pro ἵεται cod.) qui pro more nihil adnotavit. Neque quin plura eiusmodi inveniantur dubito.

Iam ad elocutionem illustrandam aggrediens libenter confiteor me in disponendi ratione multisque in aliis rebus fructum cepisse non mediocrem ex libris egregiis Guilelmi Schmidii («Der Atti-

cismus etc.»). Ac primum quidem notandum est Parthenium integra dialecto Attica non uti, sed multas formas Jonicas inmiscuisse. Quod iam dudum a vv. dd. observatum est, inter quos Meinekius (An. Al. pg. 322 ad 19) et Cobetus (Var. lect. pg. 203) Jonismos collegerunt.

A. De Jonismis.[1]

1. Et Jadis et Attidis proprium est: ΕΣ.

Cum plurimis locis inveniatur εἰς (octogies quater), quinquies adhibetur ἐς.

Ex epicis sumptum videtur: ἐς συφεούς 25, 5.

Ex Herodoto fort.: ἐς μάχην 14,11; ἐς κοῖτον 17,20 (Her. I, 9,9).

Praeterea: ἐς Τροίαν 48,21; ἐς Βόβαστον 6,17 (at εἰς Ἄργος, εἰς Καῦνον etc.). Ex compositis unum adest ἐσπίπτειν 20,17 (εἰς τὸ τεῖχος) (at εἰσελθών 17,6. 32,20; εἰσφοροῦνται 20,1; εἰσκαλεσαμένη 25,1; εἰσδέχεσθαι 38,12).

2. Et Jadis et sermonis vulgaris propria sunt:

a) σύν ubique; ξύν deest (cfr. Schmid, Att. IV, pg. 14).

b) σσ et ττ promiscue exstant; dicit enim: περισσοτέρᾳ 10, 3; περιττόν 5,8; Θεσσαλίᾳ 21,8. 35,7; Θετταλοῖς 12,15; θετταλίζων 40,6; τέσσαρα 17,17; θάλασσα saepe, θαλάσσιος 9,12; at ἁρμόττειν 5,1; φυλάττειν 7,7; θᾶττον 11,3.

c) semper γίνεσθαι adhibet: 6,11. 7,13. 9,1. 20,13. 21,14. 30,14. 31,17. 49,11; παραγ. 19,7. 20,16. 49,10.

3. Jadis solius propria:

a)[2] Ἑταιρήιον, cognomen Jovis 34,11 (cfr. Her. I, 44 et pg. 7).

b) αὖτις pro αὖθις semper: 32,23. 34,9. 49,21, item atque Antoninus Liberalis.[3]

[1] ρσ pro ρρ nusquam (ἄρρενας 26,13; Τυρρηνῶν 7,21) μικρόν 37,8 (non σμ).

[2] 14,10 recte fort. Meinekius ἁρματηίων coniecit.

[3] Cfr. Martini proll. pg. LXXI.

c) Τροίης 8,2; Εἰλεβίην 6,6. 7,13; Ἰφιμέδην 35,8; Νικάνδρην 42,10; Πολυμήλη 8,6; Φιλοβίη 31,3; Σαρδίων 38,3 (at Σάρδεις 38,6).

d) ἀποδασάμενος 6,9 (cfr. pg. 9); νηήσας 22,9 (at νήσας 14,16); ἐμίσγετο 26,4 et ἀνεμίσγετο 29,13.[1]

Quod nonnulli editores omnia exaequare voluerunt, ut Passovius ubique γίγνεσθαι scriberet, Hercherus et Sakol. ἐς in εἰς commutarent (in composito sane servaverunt ἐς), Σάρδεις in Σάρδις Hercherus, al., hoc prorsus reiciendum est. Nam plurimi scriptores posterioris aetatis in his rebus inconstantes fuerunt neque constantior Parthenius.[2]

Hanc licentiam formas Jonicas in textum inmiscendi Parthenius utrum patriae suae dialecto usus sibi assumpserit an Herodotum secutus, aegre discernas. Certum est eum et in hoc usu longius processisse scriptorum recentiorum plurimis et penitus nosse Herodotum.

Namque non vocabula tantum adhibet, quae antea nemo nisi Herodotus aut praeter eum pauci usurpaverunt, sed integras formulas integrasque fere sententias ex eius libris in sermonem suum recepit. A Parthenio igitur oritur, quantum scimus, series scriptorum eorum, quos Herodotum sibi imitandum proposuisse apparet, Nicolaum Damascenum dico, Arrianum, Aelianum, Pausaniam, Antoninum Liberalem, alios. Quorum sua quemque ratione Herodotum imitatum esse par est. Parthenium existimo adeo in unici illius fabulatoris libros se insinuasse, ut non solum partes in memoria habuerit, verum etiam illius quasi lingua locutus sit; stolide imitatus non est.

Quod non tam exponi potest quam sentiri. Compares igitur velim, ut exemplis utar, cum Parthenii fabulis — pannos illos, velut XIX, XX, XXVIII al. sane neglegas — narratiunculas de Gyge et Candaulis uxore I, 8 sq. de Xerxe et Masistis coniuge IX, 108,

[1] De φημὶ et καίω v. pg. 28 et 29.

[2] Cfr. Passov. ad X, 4; Martini l. l. LXX sq.

de Xerxe et Artaynta IX, 109 sq., de Hercule et Echidna IV, 9 (ad quem locum argumentum ipsum fabellae XXX de Hercule et Celtina, nonnullis rebus adventiciis exceptis, per ambages videlicet, referendum est). Nisi quod Parthenius sermones inserere noluit, quanta sit similitudo agnosces.

Herodotei operis initii memorem Parthenium suum opusculum ex Jone rapta coepisse haud scio an quis iudicet. Neque quemquam dicere puto fortuito accidisse, ut Parthenius fabulam de Periandro eiusque matre (XVII) eodem modo eisdemque fere verbis instituerit, quibus Herodotus eam partem capitis 92 libri V, qua Periandri facinora describit: V, 92 ζ: ὁ τοίνυν Περ. κατ' ἀρχὰς μὲν ἦν ἠπιώτερος τοῦ πατρὸς, ἐπείτε δὲ — πολλῷ — ἔτι ἐγένετο — μιαιφονώτερος. Parth. fab. XVII init.: λέγεται δὲ καὶ Περίανδρον — τὴν μὲν ἀρχὴν ἐπιεικῆ τε καὶ πρᾶον εἶναι, ὕστερον δὲ φονικώτερον γενέσθαι.

Hi loci et re congruunt et forma et paene verbis. Item multis locis ut apud Herodotum invenimus duas sententias sibi oppositas per μέν — δέ et adverbiis velut τέως μέν — ἔπειτα δέ, πρῶτον μὲν — ὕστερον δὲ etc., ita Parthenius passim enuntiata coniungit (de qua re infra plura proferam s. G).

Herodotum secutus multis formulis utitur per substantivum formatis et verba ποιεῖσθαι, τίθεσθαι, γίνεσθαι etc. (cfr. G) et multa alia ex illius sermone sumpsit, quae omnia suo loco proferam. Jam cum ad verborum delectum transeam ab Herodoteis incipiam.

B. De verborum delectu.

I. Herodotea.

1. Praeter Parthenium unus Herodotus adhibet has voces:

Ἀναμίσγομαι 29,13: οὐδ' ἀνεμίσγετο ταῖς λοιπαῖς παρθένοις. Her. I, 199: πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξ. ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι (cfr. ἐμίσγετο 26,4; Hom. Od. 10,235 act. σῖτα ἀνέμισγε).

ἐπικατασφάττω 22,10. 45,13; Her. I 45 (cfr. E d. s. fin.).

ἐπιλέγομαι 10,10; Her. I 78, II 120 al.

ἑταιρήιος, Δία ἑταιρήιον 34,11; Her. I 44.

καταλογέω 39,1 c. gen.; Her. I 84. 144, III 121 c. accus.

κατειλέω -λήθησαν 46,2, εἰς δρομόν; Her. I 80. 176, III 13. 146 (semper ἔς τι).

προσεχής 11,12. 36,6; Her. III 13. 89. 91, IX 28. 102 al.

ἀρέσκομαι 39,5, media forma pro activa; Her. VI 128; IX 79.

δεῖ 10,8 et ἔδει 19,19 = «in fatis erat»; Her. II 16, IV 79, V 92, VIII 53 al. (cfr. Pfundtner, de Paus. Her. im. pg. 10).

2. His adicio vocabula ab Herodoto adamata, quae alibi raro inveniuntur:

ἀνατρέχω 33,13 i. q. «exsilio»; Her. III 21. 36. 78, VII 15. 212. 218 (Thuc. Xen.).

ἀπόκρημνος 46,10; Her. III 111, VII 176, VIII 53 al. (Thuc. IV 31, VI 96; Xen. Ven. VIII 4).

ἔγκυος 48,17; Her. I 5, VI 131 al. (Arist. H. A. 3,20).

ἐναγίζειν 21,5; Her. I 167, II 44, V 47. 114 al. (Is. Arist.).

κατεργάζομαι -ασάμενος τὴν κόρην 25,18 = «filiam ad suam voluntatem adducendam curare» («bearbeiten lassen»). Her. VII 9, IX 108, cfr. VI, 2 (Xen. Mem. 2. 3. 16).

κατόμνυμαι 19,12; Her. VI 65. 69 al. (Dem. II p. 480, 4. Bl.; Con. 38; activum apud Eur. Ar.).

προπυνθάνομαι 6,21. 9,5; Her. I 21, V 63. 102 al. (plusq. saepe) (Thuc. IV 42, Xen. Hell. 7. 5. 10).

ἀξιόω = «credo» 26,5; Her. VI 87 (Plato Phaedr. 250 E, Xen. Cyr. 5. 5. 10).

3. Quae apud Herodotum et apud poëtas usitata sunt, in oratione soluta perraro exstant:

αἰχμή 30,13; Her. I 39. 52, III 78. 128, VII 61. 69. 77, meton. V 94, VII 152 (Xen. Cyr. 4. 6. 2, VIII 1,2).

ἀνασώζομαι 44,17; Her. I 82. 106, III 65,73. 140, VI 107 (Xen. Hell. VII 5,16, Plato Phil. 32 E).

ἀνδροῦμαι, ἀνδρωθείς 7,14; Her. I 123, IV 9,10. 155, V 92,5, VI 52 (Plato Conv. 192 A) (Ant. Lib. 113,16; Con. 29) (recentiores hoc verbum saepius adhibent).

ἄποινα 17,19; Her. VI 79, IX 120 (Plato Rep. 393 C).

διεργάζομαι 19,17. 33,15; Her. I 213, V 20, 92_3, VII 10. 224 (Plato legg. 9,865 C).

ἠιών 42,2; Her. VII 144, VIII 96 al. (Xen. Hell. I 1,2).

θυσία 18,10. 26,6; Her. I 50, II 60. 61. 62. 63, VI 105, VIII 99 al. (Thuc. II 80, Plato hic illic).

καταδύνω 22,1, εἰς τὴν ὕλην καταδύνει; Her. IX 37, καταδύνων ἐς ὕλην; VII 235 (Aristot. H. A. 6,15. Pol. 5,4. 7,2 εἰς γῆν).

κατοικτίρω 31,5; Her. IV 167, V 92_3 (Xen. Cyr. 7. 3. 13).

λαός 7,18; Her. passim; Pol. (4,52) (cfr. ναός).

λιπαρέω 34,20; Her. I 86. 94, III 51, V 19, IX 45. 111 (Plato Crat. 391 C Xen. ter).

λοχάω 15,14. 41,12. 48,18; Her. V 111, VI 37, 87 138. (Pol. 3,40,6).

μετέπειτα 41,17; Her. I 25. 106, VII 7. 197 al. (Ps. Plat. ep. 8. 353 C).

ναός 6,14; Her. VI 19, II 16 al. (νηός) (in or. att. rarum).

πυρά 14,16. 22,9. 22,11; Her. I 50. 86. 186, II 39 al. (Plato Rep. 9. 614 C) (Nic. Dam. Mueller pg. 457).

σφαγιάζειν 48,10 -σθῃ 48,15; Her. VI 76, VII 180, IX 61 al. (Xen. saepius).

τίσασθαι 42,12; Her. I 10. 123 et ubique (in or. att. rarum).

χράομαι 6,12; περί τινος unus Her. IV 163, VII 220 (cfr. Thuc. I 126, Ar. Antisth.).

4. Permulta verba exstant, quae praeter Herodotum poëtae soli adhibent. Ad verbum interdum Herodoti sententiae cum Parthenii congruunt.

ἀποδασάμενος 6,9: ὁ δὲ τῆς βασιλείας μοῖραν — ἀποδασάμενος; Her. II 103: Σέσωστρις ἀποδασάμενος τῆς ἑαυτοῦ στρατιῆς μορίον.

ἀποστυγέω 18,5. 24,17. 35,18. 23,13; Her. II 47, VI 129; cfr. 35,18: διὰ τὸ ἀποστυγεῖν αὐτῷ γαμβρὸν τοιοῦτον γενέσθαι cum Her. VI 129: ἀποστυγέων γαμβρὸν οἱ γενέσθαι Ἱππ. (de ἀπέστυγεν 49,2, vide pg. 18).

ἀράομαι 42,12; Her. I 132, III 65.

ἁρμόττομαι 45,3. 43,5 = «filiam alcs. sibi desponsare»; Her. V 32. 47, VI 65 (III 137, IX 168) (at 13,16: = «filiam alci. desponsare» [cfr. E II a 2]; 15,6 de puero pelliciendo) (de ἁρμόττειν v. pg. 23).

ἀσκέω 32,20 = «exornare»; Her. 130,4. 169, III 1. 57.

δαίνυμαι, δαίσας 25,21; Her. I 162 (211, II 100, III 18 med.) Homericum.

δηλέομαι 44,7; Her. IV 87. 115, VI 36, VII 51, IX 63 al. (ad Parthenii locum proxime accedit Theocr. 9,36 ποτῷ).

ἐξημερόω 35,15; Her. I, 126 et unus Eur. H. F. 20. 852 de Hercule bestias interimente.

θάλαμος = «cubiculum» 12,8. 32,16. 34,13. 36,2; Her. I 9. 12. III 78 al.

θεοπρόπιον 13,1, κατὰ θεοπρόπιον; Her. I 68 κατὰ θ., qui alibi ἐκ θεοπροπίου dicere solet: I 7. 54. 165, VII 117, IX 93.

θεσπίζω 6,13. 9,19. 48,9; Her. I 47. 48, VIII 135 al.

ἱκέτις 19,6. 34,18; ἱκέτις προσκαθίζετο Her. IV 165; IX 76.

καθικετεύω 11,18. 19,14; Her. VI 68.

καταθύμιος 29,17; Her. V 39, IX 45.

κατεύχομαι = εὔχομαι 20,16; Her. II 40, IV 172, I 132.

κεραΐζω 36,8; Her. I 88. 159, II 115. 121, VII 125, VIII 86,81.

κοῖτος 17,20 ἐς κοῖτον, idem Her. I 9, VII 17 al.

κουρίδιος 22,6. 42,18 de viro, quod soli poëtae adhibent. Her. de feminis I 135, V 18, VI 138.

λόχνα, pluralis vocis λόχνος 32,15; Her. II 62. 133 (Eur. Cycl. 512, Hippon. Call.).

μίτρα 21,2. 24,2; Her. I 195.

νέκυς 11,4; Her. I 140, II 121γ, III 16.

νηέω 22,9; Her. ubique (cfr. pg. 5).

ὅμιλος = «vulgus» 43,18. 48,14: ὁ πολὺς ὅμιλος; Her. I 80 ὁ πολλὸς ὅμ. III 127, IV 135, VII 184, IX 159 (cfr. πολύς).

παρηγορέω 42,19; Her. V 104, IX 54,55 al.

ῥύομαι = «liberare» 16,16; Her. persaepe.

τέθηπα, -ώς 8,2; Her. II 156.

τίσις = «ultio», «poena» 41,17. 47,2; Her. I 86, III 126. 128 al.

Quas huc congessi voces utrum Parthenius ex Herodoto an ex poëtarum libris sibi assumpserit ambiguum est. Jam enumerabo vocabula et plane poëtica et ea, quae in oratione soluta raro inveniuntur.

Quod quis putaverit Parthenium ex supellectili Alexandrinorum poëtarum potissimum hausisse, hoc monstrari nequit. Nam cum illi ipsi priorum poëtarum quasi succo victitabant, tum parum reliquiarum habemus, quam ut ex certo aliquo auctore Parthenium voces sumpsisse demonstremus. Accedit, quod Parthenium priores poëtas sequi maluisse verisimile est.

Tamen in particula insequente Alexandrinorum locos addam.

II. Poëtica.

1. Voces, quae ante Parthenium apud scriptores pedestres non inveniuntur.

ἄκρατος 20,1, scil. οἶνος = «merum (vinum)»; Theocr. 14,18; Call. ep. 37,43.

ἄλη 8,18. 17,9; Call. h. 4,205; Lyc. 1010; Nic. Al. 84 (ap. Plat.: = «insania»).

ἀμφιπίπτειν τινά 30,5 = «amplecti»; (Hom. ϑ 513; Soph. Tr. 934; Pind. Ol. 11,98; Apoll. Rh. I 270; Peerlk. Mein. Cobet. ἀμφιέπουσα); (de altera verbi notione v. pg. 22).

βαρέω, -ηθεῖσα 21,2; Nic. Th. 916 Al. 35; Plato Conv. 283 B ex poëta.

βουκολέω 9,17. 43,19; Theocr. saepe. Call. h. 4,176. 3,101 med.

ἕδνα 35,17; Call. frg. 193; Mosch. 7,3.

κάματος 6,3; Nic. (Ps. Ar. περὶ κόσμου 6,679ᵇ. 23, qui scriptor omnino multa exhibet poëtica).

κρατερῶς 36,9; Homericum (Sak. καρτερῶς c. Legr.).

κτίλος 22,3; Nic. Ther. 452. 471.

μαστήρ 5,16; Lyc. 1023 similiter: μαστῆρας οὓς θυγατρὸς ἔστειλεν . . . Αἴας (cfr. pg. 21).

μείλιγμα 24,15; Hom. Od. 10,217†; Nic. Ther. 896. frg. 75; Theocr. 22,22 (Anton. Lib. 104. 19 M; Oder, De Anton. Lib., hunc locum Parthenii neglexit).

οὐ μετρίως 33,1; comoediae proprium videtur; ex Menandro Ath. p. 484 c, Stob. 109,3 (cfr. J 2).

συφεός 25,5, Homericum.

In prosa oratione inusitata est forma vel notio horum vocabulorum:

ἀνηλεής 27,2; adiectivum invenitur ap. Call. del. 106; Ap. Rh. IV 1047; Theocr. 23,48 (ἀνηλεῶς Plat. Andoc. ex Aeschylo).

διοίχομαι 31,4 = «pereo» («schwinde hin») (Plato Phaed. 87 E de anima = «dissolvi»; Her. IV, 136 de tempore).

ζεύγνυμαι, ἐζευγμένη 32,12 = γαμετή; cfr. Soph. Tr. 536: κόρην γάρ, οἶμαι δ'οὐκετ', ἀλλ' ἐζευγμένην.

κόρη = «filia» 35,13 (potest sic verti etiam 13,13. 14,21).

νόσος 11,16. 32,8 et νόσημα 25,17 de amore; tragici poëtae, Euripides praecipue. Soph. Tr. 445. 491. 544, Phaed. frg. 611,3, Ach. Erast. fr. 153,1. Eur. νόσος saepe, νόσημα Ino frgm. 400,2, Jon 1524 (cfr. Xen. Cyr. 5. 1. 6, similia Plato).

περιπλέκομαι 32,6, de amplexu; Hom. Call. h. 4,110; epgr. 45,3.

πλήττομαι, -γείς 41,21. 49,20 = «mortifera plaga ferior»; Tragg. (Aristot. de fulmine).

χεῖμα 43,19 = χειμών; χείματός τε καὶ θέρους; Arat. 2,66: θέρεος καὶ χείματος, 850 al.; Call. h. 6,123 θέρος καὶ χεῖμα.

2. Exstant etiam permulta vocabula poëtica, quae inter scriptores orationis solutae soli fere Plato et Xenophon adhibent, quos ipsos ex poëtarum sermone magnam verborum copiam sibi vindicasse constat:

ἀνάπτομαι 24,2, μίτραν; saepe Apoll. Rhod. (Din. 1. 36).

ἀνία 21,15; Theocr. Bion. 1,56; Nic. Th. 495. 867 (Plato solus, qui Crat. 419 C miram vocis profert definitionem).

ἀρήγω 31,5; Call. h. 3,23; Nic. saepe; Theocr. (Her. VII 136, Xen. saepe).

ἄχος 22,8; Theocr. 3,12 (Xen. Cyr. 6. 1. 37; 5. 5. 6).

γέγηθα, -ώς 6,15, Theocr. 7,134 (Dem. XVIII 323; Plato Phaedr. 251 D).

δρυμός 46,1. 4. 13. 17; Nic. Th. 222 δρυμά (Ps. Arist. περὶ κόσμου 3,392^{b}, 18; Θαυμ. 87,837^{a}, 24. 105. 893^{b} 10, ni forte hic liber post Parth. aetatem ortus est).

δυσφορέω 7,4. 12,4. 18,15; (Isocr. Ep. 10, Xen. Cyr. 2,2. 5,8, Aristot. ter).

ἐγκλείω, -κεκλεισμένους 8,8 (Xen. Hell. 6. 5. 9) (cfr. pg. 28).

ἔδεσμα 25,2; Batrachom. 31 (Plato bis, Xen. Hier. 1,33; Isocr. VIII 109).

ἠρέμα 39,1; Aristoph. Pac. 82 (Plato et Aristot.).

θαμά 49,24 (Plato. Xen.).

θεμιτός 19,5, οὐ θεμιτόν ut plerumque; (Her. V 72; Plato; Xen. Oec. 11, 5 et 8).

θοίνη 25,2 = «cibus» (aliter 31,14); (Plato. Xen. Arist.).

κυνηγία 47,3; (Aristot. semel; Pol.).

λαθραίως 25,18. 32,21; (Plato legg. 8,838 C, 9,864 C, Aristot.).

λείψανα 46,16; Lycophr. 54. 662; Arat. 400 (Plato, Phaed. 86 C, Crit. 110 E, 111 A, Aristot. ter).

μεθίημι 1. 25,7 = «dimittere»; Plato; Xen. An. 7. 4. 10.
2. 30,12 τὰς αἰχμάς = «iaculari»; Xen. Cyr. 4. 3. 9 (de 30,4 v. pg. 19).

ὁδεύω 22,19; Alexandrini saepe: Ap. Rh. IV 272. 838, Call. h. 4,18; Call. frg. 270. 445; Theocr. 7,13; Mo. 7,1; Nic. Al. 73 (Xen. An. 7. 8. 8, Aristot. frg. 35).

οἰκτίρω 19,14. (31,5); (Plato Euthyd. 188 D; Legg. II 653 C. Xen.).

ὅρμος 40. 18 et 22 = «monile» (Plato Rep. IX 390 A de eodem Eriphylae monili; Xen. Oe. 10,3).

ὄψεις 44,3 = ὀφθαλμοί (Xen. Symp. 1,9. 5,6).

παλλακίς 31,16 (plerumque παλλακή in or. sol.; at Aristot. frg. 172).

παραπλήξ 25,4. 33,17; Nic. Th. 776, Al. 160 (Her. V 92, ζ 22; Xen. Oe. 1. 13, Dem. 19. 267; medici).
1. 33,17: Parth. adiecit νοῦ τε καὶ φρενῶν,
2. 25,4: De Calcho, cui Circa venena apposuerat, dicitur: παραπλὴξ ἵεται = «furibundus (factus) provolavit»; quidquam hic corrigere nolim. Id, quod Sakol. in lacuna, quam statuit, fuisse coniecit, omitti poterat, quia et ex Homero (κ 238 et 320) nota erat ars Circae neque verba sequentia quidquam dubii relinquunt (cfr. F IV 7).

παρθενία 41,13; Ap. Rh. 2,502; Call. h. 3,6 (Parthenii et Aristotelis locus πι 36. 894ᵇ 35 effugerunt Oderum l. l.; A. Lib. 84,17).

παρειά 14,5; (Plato Pol. 270 E; Ps. Pl. Jon. 539 A; Xen. Cyr. 6,43).

παρίεσθαι πολλῇ μέθῃ 6,19 = «multo vino (cui se dediderat) teneri et solutum esse»; Eur. Cycl. 591: ὕπνῳ (cfr. Plato legg. 9, 931 D, Euthyd. 303 B).

περιδινέω, -ηθείς 46,9; Ap. Rh. I. 1059 (Xen. Symp. 7,3. Tim. Locr. 97 C. Aesch. Ctes. pg. 77,29).

πρόσωθεν 13,9 cum vi comparativi; Trgg. (Aristot. Ζμγ. 1. 662ᵇ 21).

πτοέομαι 10,7 = «animi motu rapior», lyricae poësis verbum; Mimn. 3,2; Sappho 2,6 (Plato Rep. 4,439 D; Phaedon 68 C, 108 A); Call. h. 3,191 ὑπ' ἔρωτι.

στιβαρός 27,8 Homericum, Alexandrini saepe (Aristot.).

συμμίγνυσθαι de coitu 45,17; (Her. uno loco IV 114; Plato Crit. 113 D; Conv. 207 B).

σφέτερος 7,17. 47,8, pron. pers. III sing., quod primum apparet apud Hes. sc. 90; Call. h. 3,229. 4,233; Theocr. 12,4. 22,209, Mosch. 2,26. 4,12; Pol. 2. 35. 8, 7. 14. 3, 14. 10. 7.

ὑπέραυχος 27,2 (Xen. Ag. 11,11).

ὑφάπτω 41,3 (Xen. Hell. 7. 2. 8; Cyr. 5,18; Her. I 176).

χαρίζομαι 19,11, κεχαρισμένος 39,22 = «donare»; Mosch. 1,28 (Xen.).

χέομαι: ἐχεῖτο δάκρυα τῶν παρειῶν 14,5; Hom. (cfr. pg. 33).

χῶμα χώννυμι 42,2, cfr. 45,12; (Her. Plato); Theocr. 23,43; Call. saepe.

3. Praeterea sermoni poëtico attribuenda videntur multa vocabula, quae tamen saepius in oratione soluta inveniuntur, qualia sunt:

ἀλάομαι 7,21. 29,19. 44,12. 49,24; ἀλκή = ῥώμη 41,22; ἀμπεχόνη 30,3 (Anth. Pal.); ἀναιρέω saepe = «necare»; ἀνατλῆναι 15,8; ἀποδύρομαι 22,11; ἀρέσκομαί τινα 14,20 = «placare»; γνωρίζω = «agnosco» 7,16. 33,4; δασμός 48,23; ἐκπρεπής 43,17; ἔραμαι saepe; εὐωχία 47,6; ἐφίεμαι = «permittere» 33,9; ἰδέα = «Aussehen» 43,17. 47,15; ἵεμαι 12,9. 16,2 = «me proicio»; κατακτείνω 9,7. 12,14. 35,10 et κτείνω 18,2 (Xen.!); κατασφραγίζω 9,3; κατολοφύρομαι 11,6. 33,19; κοιμάομαι 34,9. 36,3; μῆνις 11,14. 42,8; νεμεσάω 36,17; μίγνυσθαι saepe et de viro et de femina; μιμνήσκεσθαι 19,13, praesens in or. sol. rarum; νικᾶσθαι de affectibus 31,2; συγγενέσθαι 44,19. 6,14; συνελαύνω = ἐλαύνω 46,3; συνοικίζω 8,14; ὕπειμι = ὑπάρχω 49,16; ὑπεξαιροῦμαι 17,18; φάντασμα 14,18. 33,16; φιλότης 31,7; φρένες 9,20. 33,17. 46,8; ὠμότης = «saevitia» 33,18; ὥρα = «pulchritudo» 15,18.

III. Ad Platonem aut Xenophontem,

qui mirum in modum copia verborum congruunt, **referenda sunt haec** (nonnullas voces nobis fortuito servatas esse nusquam nisi apud Pl. aut X. elucet):

ἀπατεών 7,5; Plato Rep. 451 A, Hipp. mai. 365 E, Xen. Mem. 1. 7. 5, Cyr. 1. 6. 27.

ἀπεργάζομαι 9,11; Plato saepe et Xen. (Aristot.).

διαπυνθάνομαι 8,4; Plato saepe, Xen. Hell. 5. 4. 2.

διατοξεύομαι, med. 10,15, ὁ δὲ (Ἀλέξ.) — διατοξευόμενος Φιλοκτήτῃ τιτρώσκεται, qui locus mirum in modum similis est loco Dionis Chrys. I, pg. 353: Ἀλέξ. ἀποθνήσκει Φιλοκτήτῃ διατοξευόμενος.

καταμανθάνω 9,5. 46,7; Plato saepe (Aristot.) Xen. saepe (paullo aliter Her. VII 146).

θεραπαινίς 22,1; unus Plato, Theaet. 174 A; Legg. 7,808 A.

κατέχεσθαι ἔκ τινος (θεοῦ) 9,19; Plato Menex. 99 D, saepe in Ps. Pl. Jone. 533 E, 536 B etc.; Xen. Symp. 1,10.

λιπαρῶς = «instanter»; Plato Prot. 315 E, 335 E, Legg. XI 931 C.

μειρακίσκος 39,3. 45,15; Plato Phaedr. 237 D, Theag. 122 C (Pol.).

μετέρχομαί τι 5,8 (prooem.); Plato saepe; Xen. (cfr. Schmid, Att. I 126).

οἴομαι 14,17.

P[1]: Δρ. οἰστέοσιν ἐπισφάξειν. P[2] corr.: Δρ. ᾤετο συνεπισφάξειν = «in eo erat, ut Dryanta insuper immolaret». De hac verbi οἴεσθαι notione cfr. Schmid, Att. I 128, II 133, III 143; Lob. Phryn. 190 et 753 sq.; Xen. Hell. 4. 7. 4.

At manui secundae fidem dari vix licet. Nec Meinekii aut Sakolowskii ratio probari potest. Herchero assentirer, si οἷός τε ἦν ἐπισφάξειν restituisset[1]:

---

[1] Hac ratione Rohdius in seminario locum explicare solebat.

nam ex ΟΙΟΣΤΕΗΝΕΠ ... ΟΙ ΣΤΕΗΝΕΠ ... evasisse videtur, ex quo ΟΙΣΤΕΟΣΙΝΕΠ ... factum est, quod m. s. correxit (de οἷός τέ εἰμι cfr. pag. 16 inf.; ceteris locis οἷός τέ εἰμι aut c. praesenti aut c. aoristo coniungitur).

συνθηρᾶν 30,3; Xen. An. 5. 3. 10, Cyr. 3. 1. 14 et 21, 4. 6. 3 (pass. Soph. Phil. 933).

IV. Ex sermone vulgari, cuius columen iudicandus est Polybius, sumpta sunt haec:

δοξάζομαι 17,4 = «celebror»; Pol. 6. 53. 10.

ἐνδίδωσι τὸ σῶμα 45,11; Aristot. Medici. Pol.

ἱστορέω 22,17. 43,4. 46,21 i. q. «narro»; cfr. Wipprecht, quaest. Palaeph. pg. 41.

καταπίμπρημι 47,6; Pol. 14. 4. 10.

οἷός τέ εἰμι = «velle, paratum esse» 15,19. 34,10 (= «posse» 18,9 et 17. 32,8); Pol. 1. 26. 2, 2. 38. 3, 3. 88, 8. 3. 90. 5 al. (Hercherus in Parthenio et Ach. Tat. nullo iure ubique τε delevit [pg. 110,26. 119,27]).

ὁμηρεύω 26,16. Hoc verbum quamquam iam Eur. Bacch. 297, Aeschin. pg. 72,35 adhibent, tamen ex Polybii aetate usitatum fuisse videtur, apud quem ubique exstat.

ὀχυρότης 38,12; Pol. 5. 62. 6, 7. 15. 2.

περιελαύνειν λείαν 35,16; Pol. 4. 59. 1, 4. 95. 10 al. medium (Palaephatus, cfr. Wipprecht, quaest. Pal. pg. 43).

προσαγγέλλομαι 12,4. 39,18; Pol. 2. 25. 2, 4. 19. 6, 4. 66. 2.

προσφάτως 43,7; Pol. 3. 37. 11, 3. 48. 6 al.

συγκατατίθεσθαι 32,14 absolute; (quod iam Isae. pg. 59,25, Dem. pg. 268,22) Pol. passim.

ὑπερτίθεμαι 35,19; Pol. 4. 30. 2, 4. 87. 12, 10. 307 al.

χρυσοῦς 16,24. 17,16 et 25 = «nummus aureus» («Gulden»); Pol. 1. 66. 6, 4. 46. 3, 24. 1. 7.

χωρίζομαι 6,14 = «abeo»; Pol. 3. 94. 9, 3. 90. 2. al.

Aoristi ἐγενήθην = ἐγενόμην 12,9 et προσεποιήθην 27,4 a Polybio primo adhibiti esse videntur.

V. Rara.

Non inutile esse duco etiam eas **voces** coacervare, **quae ante Parthenium omnino admodum raro exstant** ita, ut unus tantum aut duo plerumque, quibus inveniantur, nobis noti sint loci (sive apud poëtas, sive apud scriptores):

ἀγραυλέω 44,1 = «in agro versari»; Ps. Ar. de mir. c. 11 (Plut.).

ἄθροισις 5,2 (prooem.); Eur. Hec. 314, Thuc. 6,26.

ἀνοιμώζω 11,5; Aesch. Pers. 465, Thuc. 3,13, Pol. 4. 54. 4.

ἀπαίτησις 30,22; Her. V 85, Dem. 33,26.

ἁρμόδιος 5,7 = «commodus, idoneus»; Pind. N. I 21 (P. IV 129).

ἀφιππεύω 40,4; Xen. An. 1. 5. 12.

γνώρισμα 7,8; Xen. Cyr. 2. 1. 27 (Long. Ach. Tat. Plut. Luc.).

διαγανακτέω 40,7; Dem. 27,63 (Plut.).

διασπαράττω 22,5; Aesch. Pers. 195 (Plut. Mor. 982 D).

δυσανασχετέω 15,20. 39,5; Thuc. 7,71 (Philo).

ἔκνομα adv. 26,5; ἐκνόμως Aesch. Ag. 1473.

ἐπαλινδουμένη 8,10 Sakol. (cfr. Sakol. indicem pg. XVIII). P[1] ἀλινδουμένη, P[2] καλινδουμένη, Bastius ἐναλινδουμένη.

Cur ἐπαλ. Bastii ἐναλ. praeferendum sit, non intellego, neque cur λαφυρά «arma» significare oporteat; sunt «spolia».

In τούτοις — ἀλινδουμένη, quod codex exhibet, praepositio sane desideratur; at cfr. Nic. Ther. 156 ἀλινδούμενοι ψαμμάτοισι et 7,11 ἐλαύνειν τῆς γῆς, 14,5 δάκρυα ἐχεῖτο τῶν παρειῶν (ἐναλινδέω Hippocr.).

ἐξάλλαγμα 39,16; Bekk. Anecd. pg. 96,4: ἐξ. Ἀναξανδρίδης Θησεῖ· παρθένοι παίζουσι πρὸς ἐλαφρὰ ἐξαλλάγματα.

ἐξικετεύω 33,5; Soph. O. R. 760.

καταφλέγω 41,4; Hom. Il. 23. 512, Hes. Sc. 18.

κατοδύρομαι 42,1. 43,11; Ps. Plato Ax. pg. 367 D, Mosch. 3,44.

κρηπίς = «crepida» 17,24; Xen. Eq. 12,10, Theocr. 15,6.

περίπυστος 40,25; Ap. Rh. 4,213 (Anth. Pal. VII 42).

πετρώδης 46,17 = «saxosus»; Plato Rep. 10,612 A, Aristot. H. A. bis (Soph. Ant. 958 = «saxeus»).

προδηλόω 32,15; Thuc. 1. 130, 6. 34, Pol. 10. 46. 10.

προδιεργάζομαι 39,10; Arist. Probl. 22,11, Eth. 10,10.

προσκαθίζομαι 34,18; Ps. Plato Eryx. 397 D.

πρόσοικος 12,17; Her. I 144, Pl. Legg. IV 705 A, Thuc. I 24.

συγκυνηγέω 49,6; Arist. Eth. 9,12.

ὑφήγησις 32,19; Plato Prot. 326 E, Dem. 18,151, Pol. 10. 27. 3 (ubique κατὰ τὴν ὑφ.).

χερνῆτις 42,10 (scil. γυνή); Hom. Il. M. 433, Anth. Pal.

Accedunt voces, quibus notio insolita subiecta est, formae inusitatae:

ἀγριοῦμαι 22,3, de canibus; Theophr. de plantis (reliqui metaphorice).

ἀγχιβαθής 41,15, θάλαττα; Hom. Od. ε 413 (rel. de litore).

ἀναρτάω 27,11. 43,13. 45,6 ἑαυτήν; Ap. Rhod. 3. 789 λαιμόν (Anton. Lib. 88,3).

ἀποσφάττειν ἑαυτόν 11,19 (al. 33,18); Dem. 9,62.

ἀποτέμνεσθαι λείαν 41,19; Her. et Thuc. de terra expugnanda.

ἀπέστυγεν 49,2; Nic. Al. 406 (cfr. pg. 9).

αὐτοτελῶς 5,4 (prooem.); Epicur. ap. Diog. Laert. 10,85 i. q. «prorsus», Pol. 3. 29. 3 (Plut. Dem. c. 5) = «sua auctoritate», Bekk. Anecd. (ex Lysia) pg. 467,32 = «obiter», oppositum ἀκριβῶς. Similiter hoc loco = «sine ambagibus, aperte». (Hoc adverbium philosophorum imprimis proprium est.)

βασιλίς 44,6, substant.; Eur. Hec. 552, Hipp. 267 (cfr. Plato legg. III 694 B γυνή et Eur. Med. 1003, Hipp. 778, Plut.).

γαμεῖσθαί τινά τινι 47,5 (rel. locis vis sollemnis); de parentibus,

qui filiam in matrimonium dant (αὐτῷ). Hom. Il. I 394, Eur. Med. 262 locis dubiis. Num quid ex Parthenii loco concludi licet? Eodem modo Parthenius utitur verbo ἁρμόσασθαι.

διαβοάομαι, -βεβοῆσθαι 9,21 = «fama percrebresco»; Ps. Pl. Ep. II 312 B (Plut., Ant. Lib. 85,18. 87,23. 88,4. 94,4).

ἔγκειμαι 39,1, πᾶσα ἐνέκειτο Ἀκροτάτῳ «tota amore ferebatur in A.»; Theocr. 3,33 (De 19,8 v. πολύς E I).

ἐκπνέω 11,4 = «mori»; absolute unus Soph. Ai. 1026. Plerumque admittitur βίον: Aesch. Ag. 1471, Lycophr. 807 vel ψυχήν Eur. Or. 1163 (cfr. latinum «efflare» Cic. poëta de divin. 1. 106, v. 7).

ἐξαργυρίζομαι 16,22 = «in pecuniam redigere»; Thuc. 8,81, Dem. 5,8 act. (Isae. pg. 55,21, Pol. 32. 22. 1 = «depeculari»).

ἐπιμαίνομαί τινι 42,8. 44,5 = «insano amore teneri vel rapi in alqm.» Hom. Il. Z. 160, Plan. 106 (Ar. Vesp. 1066, cfr. Parth. frg. 24 Mein. v. 2, Mosch. 6,2; cfr. Ant. Lib.: ἐκμαίνειν 98,1. 110,10. 115,17; Con. 28).

ἐπιρριπτέω 21,3; verbum contractum apud Xen. An. 5. 2. 23, Ven. 6,22, Pol. 18. 29. 12.

ὕδωρ κατερράγη 14,19 = «de caelo decidere», de rogi flammis subito exstinctis, Her. I 87,9 χειμών, Nic. Dam. pg. 409 ὑετός; Pol. 11. 24. 9.

καταφέρομαι ἐς ὕπνον 21,14 ex libris medicorum (Hippocr.).

κατεγγυάω 11,23 = «despondere»; Eur. Or. 1675 (cfr. 1079).

λαμπτήρ 20,8 = «fax»; Aesch. Ag. 22.

λωφάω 11,17, τὸ πάθος, ex libris medicorum, νόσος λωφᾷ Hipp. pg. 643,35; Plato legg. IX 854 C (cfr. Xen. An. 4. 7. 6, Con. 19).

μεθίημι 30,4, c. partic. coniunctum; Hom. Il. 24. 48.

μέτειμι, c. dupl. accus. 49,14; Ar. pac. 274 (cfr. μετέρχομαι), Her. saepe θυσίῃσι τινά μ. v. Stein ad IV 7,7).

παρήκειν 10,14, πολέμου παρήκοντος; de tempore Ps. Pl. Alc. II 148 C.

τὰ παροιχόμενα 10,19; Her. VII 120; Xen. An. 2. 4. 1.

πείθομαι 6,15. 15,12. 49,8. Hoc verbum vi attenuata (49,8 certe) a Parthenio verbi νομίζειν loco usurpatur; νομίζειν ap. P. non exstat (Her. I 60).

περιέχομαι, -σχέθη 43,11 = «amplector» vox Ap. Rhodii 3,706. 4,82 (aor. hoc uno loco).

περιρρέω, -ερρύησαν οἱ τροχοί 14,13; de aëre Pl. Phaed. 111 A, de igne Lycurg. 96; plerumque de fluviis.

περιρρήγνυμι 30,11 = «abstrahere alci. vestem»; Dem. 19,197, Pol. 15. 33. 4 pass. Aesch. Sept. 329.

περιώδυνος 12,12, γενόμενος = «magnis doloribus cruciatus»; Dem. 54,12. (= «dolores excitans» Aesch. Ag. 1448, Her. I 31, Plato legg. 9,873 C).

πλησιάζειν γυναικί 44,2; Ps. Dem. 40,8 (cfr. Isocr. pg. 34 C, Isae. 3,10), Arist. et Theophr. de bestiis.

σπάθη 39,22 = μάχαιρα; Pollux 10,145 affert locos ex Eur. Eurystheo et ex Polemone Comico. Apud recentiores usitatum.

διὰ στόμα ἔχειν 24,19; nemo nisi Ar. Lys. 855 (cfr. Hom. Il. 14,91 διὰ στόμα ἄγεσθαι); ἀνὰ στόμα 39,4 (Eur. El. 80 etc.) vetustiores saepe dicebant, iidem διὰ στόματος, quibus formis recentiores addiderunt ἐπὶ στόματος (cfr. Wyttenbach ad Eunap. pg. 277/78).

συνέρχομαι 25,18, de coïtu venereo; Xen. Mem. 2. 2. 4 (Diod.; N. T., Matth. 1,18).

ὑπορρεῖν 25,17, c. accus., de amore, quo aliquis percutitur; Dem. Lept. 49.

φιλοξενία 17,5; Plato Legg. 953 A, Ap. Rh. 3,1108, Pol. 4. 20. 1.

φονικός 32,3 = «caedis avidus»; Thuc. 7,29, Plato Phaedr. 252 C, -ώτερος hoc uno loco.

φυλάττειν, 1. 7,7 τινί τι; Dem. 21,40 τιμωρίαν, loco dubio.
2. 38,12 absolute; Aesch. Eum. 243, Thuc. 7,28.

φύω 6,13 = «parere»; Ar. Ran. 419 (cfr. Porson. ad Eur. Phoen. 34).

Sed non poëticis permultis, non rarissimis solum vocabulis Parthenius utitur, ecce quae primus adhibet:

VI. Nova.

1. Voces, quae neque ante neque post Parthenium inveniuntur:

(Nonnullas ut nusquam alibi inveniamus, forte factum esse videtur, velut ὑπομνημάτιον al.).

ἁρματηγός, -ῶν τροχῶν 14,10 (cfr. pg. 4 adn. et A. Lib. ἁρμάτιος 82,11).

ἐπιπροσδέομαι 32,17, loco non satis plano (cod. ἐπιπροσθεῖσθαι).

τὸ ἐπομφάλιον 48,16 = «uterus» (Mein. vult ὑπομφάλιον; apud Hom. Il. 4,267 adiect. ἐπομφάλιος exstat. idem ap. Aëtium medicum 3,135, pg. 58,6).

καλλιτεχνία 47,2.

καλχίς 26,11 (pro χαλκίς Il. 16. 291), cfr. Passov. ad hunc locum.

κατασοβέω 27,5 = «depello».

ὑπάργματα 6,10. 16,22 = ὑπάρξεις.[1]

2. Voces, quae ante Parthenium non exstant:

ἀποδιδόσκομαι 30,10; Artemidorus solus 2,69 (Her.) activum.

ἐπισυνίσταμαι 48,6; Ael. V. H. 4,9, Plut.

ἐρευνητής 5,16 (Jos.); Sak. delet ἐρευνητάς; cui ne assentiar impedit me τε καὶ; μαστῆρες autem certum quid genus speculatorum esse videtur (cfr. pg. 11 et Sakol. indicem sub v. μαστήρ).

θεραπαινίδιον 41,11; Plut. Luc. Poll.

θετταλίζω 40,6 = «Thessalorum lingua uti» vel «Thess. linguam imitari», Ael. V. H. 4,15, Dio Chrys. 1, pg. 315.

ἰδιόξενος 17,1; Diod. Dion. Ael.

μνηστεία 25,8; Ps. Plato Men. 239 C coniectura ortum, Luc. Plut.

---

[1] συνεπισφάττω 14,17 a nobis remotum est (pg. 15).

ὑπομνημάτιον 5,9 in epistula, Schol. Il. 18,616 al.

φιλοκύνηγος 21,11; Diod. 4,45 et 85. (De eodem Cyanippo Anonymus ap. Westerm. Mythogr. pg. 348,7, Palaeph. 273,15 cfr. Wippr. ll. pg. 40, quem Parthenii locus effugit).

3. Nova significatio subiecta est vocibus his:

αἱρέω 19,3 εἷλεν: Πολυκρίτη-Διόγνητον εἷλεν = «Pol. cepit Diognetum amore, quem ei iniecerat» (cfr. Eur. Andr. 289). Plut. saepe; Achill. Tat. 8,17, Heliod. pg. 109,9 Bekk.

ἀμφιπίπτειν 16,3 = «inruere et implicari» (de altera verbi notione v. pg. 10).

ἀνάγειν εἰς ἔπη καὶ ἐλεγείας 5,8 in prooem. = «in hexametros et elegias transferre». (Sed locus vix sanus est; apud Platon. Phaed. 60 D ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους, Hipparch. 228 D ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον αὑτοῦ ποιήματα, cfr. Plut. Sol. 3.)

ἀναπίμπλαμαι, τῆς ἐπιθυμίας 32,5 genus, notio, constructio nova (cfr. pg. 31 sq.).

ἀνίεμαι, a) 23,17: ὑπὸ τοῦ πάθους μὴ ἀνιεμένην (P.: ἀνεμένην); haec constructio passiva ad activam ficta est: ἀνίει μέ τι (Il. 2,71. 15,24, Eur. Or. 227 νόσος, Her. I 213 οἶνος, Plato Prot. 310D ὕπνος etc.); b) altero loco 45,13: P.: μὴ ἀνιέμενον τοῦ πάθους, quocum conferas Diod. XII 58: χρόνον τινὰ νόσου τῆς λοιμικῆς ἀνειμένοι (num Parthenii loco ἀνειμένον scribendum est?); Sak. ll. post alios lenissima mutatione usus: ἀνιεμένου τοῦ πάθους; hoc novum esset, quia forma activa tantum intransitive adhiberi solet (Soph. Phil. 764, Eur. Bacch. 662 al.).

Haud scio an secundum priorem locum (23,17) ὑπό inserendum sit.

ἀντιλέγω 15,21, μὴ ἀντιλέγειν κινδυνεύειν = «ne reluctari auderet».

ἀπαγορεύειν τινά = «repudio, prodo alqm.» 7,14 (cfr. Herodoti ἀπείπασθαι I 59,12, VII 14).

ἀπομάχομαι περί τινος 41,13 (Her. I 9, VII 136, Xen. An. 6. 2. 6 etc. = «repugno»).

ἁρμόδιος 31,9 = «officiosus, comis» (cfr. pg. 17).

ἁρμόττειν 5,1 in prooem. = «gratum quid facere alci.» (cfr. pg. 9).

ἀφαιρέω τὴν κεφαλήν 18,15 = «decidit, amputat» (Matth. 26. 51 τὸ ὠτίον, Maccab. I 747 τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν δεξιάν).

ἀφορίζω, ἀφορισμένης ὥρας 14,2 (Ant. Lib. 94,23: ἐν δὲ ἀφωρισμένῳ χρόνῳ; Dio Cass.).

βάλλειν ἐπὶ νοῦν, 30,8 i. q. illud homericum βάλλειν τι ἐν θυμῷ. Pherecyd. Schol. Pind. P. 4,133 εἰς νοῦν βάλλειν, cfr. Pind. Ol. 13,21 ἐν καρδίαις).

εἰσφορέομαι 20,1; forma activa = «importo» Hom. Thuc. Xen. Ap. Rh. adhibent. Medium Parth. primus; significat id quod plerumque ἐμφορεῖσθαι. Cfr. cum hoc loco (ἄκρατον εἰσφορεῖσθαι) Aristot. de gen. an. 4,3: εἰσφέρεσθαι τροφήν.

ἐκκαίομαι 40,3 = «exardere cupidine»: ὑπὸ μέθης καὶ πόθου τοῦ παιδός; Plut. Alex. 31 φιλονεικίᾳ, Sext. Emp. ὑπ' ὀργῆς; Alciphr. 3,67 εἰς ἔρωτα (notio sollemnis 36,3) (cfr. Ant. Lib. 122,11 κατακαίομαι).

ἐνοικίζω 22,21 = «colonum facere alqm.» Activum ex prioribus temporibus non traditum est; med. Thuc. 6,2 pass. Her. I 86 (figurate Plato, Epin. 978 C, Ps. Pl. Ax. 371 C).

ἐξαρτάομαι 30,5 i. q. «adhaereo alci.» (Plut. C. Gr. c. 6).

ἐπανατείνασθαι τὸ ξίφος 18,13 (τράχηλον Xen. An. 7. 4. 9, Pol. = «minari»); Luc. βάκτρον i. q. «minari» (cfr. Ach. Tat. 3. 16. 3 ἀνατείνω τὸ ξίφος et 17,1).

ἐπισείω 27,7 = «conicere in alqm.»

ἐπιτείνεσθαί τινι, -τεταμένου 38,20 (cod. ἐπιτεταγμένου, quod nihil valet) i. q. «studio (amore) alcs. trahi»; Luc. adv. ind. c. 27 βιβλίοις.

ἐπιτρέχειν 6,2 πολλὴν γῆν, i. q. «obire terras», non «ut hostis adire»; (14,14 [16,15]: ἐπιδραμὼν πεσόντα αὐτὸν ἀναιρεῖ, ubi accus. verbo ἀναιρεῖ regitur).

εὔστοχα 29,17. Haec forma adverbii in Anthologia tantum exstat: 9. 824. 1, 10. 101. 4.

καθομολογεῖσθαι 25,20. 48,4; i. q. «despondere» (cfr. nostrum «versprechen») (19,22. 32,18. 36,16 i. q. «polliceri»).

καιρίαν (scil. πληγήν) 40,8; adverbialiter Her. III 64 καιρίῃ (Aesch. Ag. 1292 καιρίας πληγῆς τυχεῖν).

καρτερῶς 44,4; Nic. Dam. frgm. 49, pg. 384,56. Luc.

κατάγνυμι 36,2, θάλαμον i. q. «portam conclavis effringere» (plerumque «confringere alqd.»).

καταδέομαι 25,7, ὁρκίοις = «sacramento obligare»; Dion. Hal. a. rh. c. 11,3.

καταθέω 26,2 i. q. «persequor».

καταξαίνεσθαι 32,11; de amantibus (cfr. ἐκκαίομαι).

κατασκήπτω 33,17 = «se vertere ad alqd.» de personis.

κατασύρω 35,7. 40,21, utroque loco = «rapere alqd.», quod antea nusquam invenitur; semper enim vis erat: «vexare alqd.» (Luc. Plut.).

κατειρωνεύομαι 15,10 verbum omnino rarissimum (Plut. Luc.), absolute adhibet unus Parthenius.

κατέχειν 18,13: τῆς δὲ κατασχούσης, ubi subaudiendum est τοῦ ἱερείου = «cum illa hostiam manibus tenet» (cfr. ex. gr. Vergil. Aen. IV 219).

κεῖται, κείμενα 5,4 in epistula. Apud Parthenium primum illa notio verbi κεῖσθαι inveniri videtur, quae a viris doctis iamdudum adhibita apud grammaticos recentioris aetatis frequentissima est; significat i. q. «exstare» (sc. apud scriptores).

πατέρες = «parentes» 21,10; Diod. Dion. Eunap. (A. Lib. 121,13 = «avi») (cfr. latinum «patres» Ovid. Met. 4,61).

περιήκοντος χρόνου 44,19 de tempore etiam Aristid. vol. I, pg. 321: ἔτει περιήκοντι. (Sak. cur προήκ. scripserit, nescimus.)

ἐν περισσοτέρᾳ τιμῇ 10,3; priores adverb. περισσότερον unum adhibent.

περιφαίνειν 32,21, ἕως = «illucescere», quod plerumque signi-

ficat «ὑποφαίνειν»; hoc proposuit Mein. (cfr. ἐπιφαίνειν Pol. 5. 6. 6, προφαίνειν 15. 32. 6 [Reiske: προβαίνειν]).

περόνη 14,11 = «fibula rotarum, Wagenlinse».

πηρόω, ἐπεπήρωτο 44,9 = «caecus factus est». Apollod. 1. 9. 21 et Herdn. VIII 4,29 admittunt τὰς ὄψεις, Diod. ὁράσεις; (Luc. Nigr. c. 34).

προΐεσθαι δάκρυα 42,17 (ῥῆμα Dem. 19,118, φωνήν Pol.; de semine Aristot.).

προσίεσθαί τινα 7,12 = «sequi alcs. partes» (cfr. Plato Phaedr. 255 A, Xen. An. 3. 1. 30).

προσρεῖν 1,57, Ante Parth. unus Herodotus de affluente hominum multitudine I 62; hoc loco de uno homine accurrente. Plut. amat. 18 (cfr. Schmid Att. IV, pg. 99 et 373 ex Philostr.).

ῥᾴων γέγονεν 11,21 de amante acquiescente; Ach. Tat. VII 3, VIII 1 (de morbis ap. priores hic illic).

συγκατακλίνειν 6,20. 11,22. 17,14. 31,14 (7,3) (media forma utitur Ar. nub. 49).

ὑπέρχεσθαι 14,9. 25,1. 45,16 τινά 15,14 τι; «se insinuare, dolo vel clam adire alqm., alqd.» (Apud priores de affectibus, cfr. Plato Crit. 53 E.)

ὑπερέρχομαι 20,19, τὸ τεῖχος (Xen. An. 4. 4. 3 πηγάς = «supra fontes progredi» aliter Pind. Ol. 13,15).

ὑποβαίνω 37,8; i. q. «paullo infra continuare» (saepe Strabo).

ὑποκαίομαι 24,16. 39,3. Hoc verbum (activum) semel apud Her. invenimus 4,61, ubi significat: «infra succendere» (ἐς λέβητας ἐσβάλλοντες [τὰ κρέα] ἕψουσι ὑποκαίοντες τὰ ὀστεά). Parthenius verbum medium cum gen. coniunctum transfert: = «amore alcs. ardere» (cfr. ἐκκαίομαι, καταξαίνομαι).

φαίνειν 32,15, λύχνα, = «lucernam accendere» (cfr. Heliod. 95,15 Bekk. ἀναφαίνειν δᾷδας).

φθείρω 8,20. 32,12 = «vitiare feminam».

φθορά 48,13 = «stuprum» (Aeschin. in lege insit. 1,2); Dion. Diod.

φθορεύς 12,6 et 11 = «vitiator»; Plut. Philo.
φῶς 33,14 = «λύχνος»; Luc. Conv. 15, Plut., Dio Cass.

C. De flexura nominum.

1. Exitus nominum declinationis III. partim contrahuntur, partim non contrahuntur.

a) ἐθῶν 32,13; ὑγιῆ 10,10 (in inscriptt. ex anno 350 cfr. Kühner-Bl. I^3 433 A_8); Ἡρακλέα 44. 11 et 17, κρέα 26,8; b) Ἀπόλλωνα 30,14; c) πλείους 23,11 nom. pl.; d) βοῦς acc. pl. 44. 12 et 15 et 17; e) γονεῖς acc. 45,19 (A. Lib. 110,12), βασιλεῖς 49,15 (ex anno 307 in inscriptt. cfr. K.-Bl. I. pg. 448 A_3).

2. Genetivus doricus exstat in his nominibus propriis: Τυρίμμα (apud Pausaniam, alios Τυριμμᾶ) 8,20; Ἀμύκλα 29,12.

3. Declinationis atticae, quae vocatur, formae adsunt hae: ἀνάπλεω 25,3, ἀνάπλεων 35,15, at ναοῦ 6,14, λαῶν 7,18 (v. pg. 8).

4. Ex metaplasmis, heteroclitis etc.: a) ὄρνιν 26,11, σκότους 40,8; b) νῆες 8,3 attice; c) δάκρυα 14,5. 42,17, -ων 8,10. 24,10; λύχνα 32,15. 33,12, πέτρος 27,8, πέτρα 47,7 (recte distincta), [σῖτα 50,1], δένδρον 30,17, -ου 43,2, σταθμοί 10,12, κοῖτος (non κοίτη) 17,20, υἱεῖ 39,2, υἱῶν 41,2, πρᾶον 32,3.

5. Adamasse videtur Parthenius substantiva abstracta in -σις exeuntia; exstant quattuordecim:

ἄθροισις 5,2, ἅλωσις 8,3. 31,19. 38,6, ἀπαίτησις 30,22 (cfr. pg. 17), βούλησις 10,20. 30,13, ζήτησις 25,6, κτίσις 36,19, ὄψις 15,4. 26,11. 44,3. 45,10, πρᾶξις 12,3. 20,10, στέρησις 42,13, σύνεσις 9,20, τίσις 41,17, ὑπόσχεσις 15,16. 38,15, ὑφήγησις 32,19 (cfr. pg. 18), χρῆσις 5,10.

D. De verborum flexura.

1. Exitus verborum contractorum, quae vocantur, ubique contrahuntur; e. gr. ἐκαρτέρει 11,15, ἐδεῖτο 17,5, καταθεῖ 26,2, ἐρῴη 10,5 etc.

2. Optativi Aor. I act. persona III sing. semper exit in -ειε(ν). συνεργήσειεν 11,19, ἐμπεδώσειε 17,23, ὀμόσειεν 19,9, κρατήσειεν 48,4, διαλύσειεν 38,8 (nam sic scribendum est cum Legrandio pro διαλύσειν, quod cod. praebet, secundum 26,21: ὀρρωδεῖν μὴ κατάδηλος γένοιτο, quamquam etiam subiectis diversis hic illic invenitur infinitivus: Ps. Xen. Rep. Ath. 2,15: ἑτέρου δέους ἀπηλλάγμενοι — μηδέ ποτε προδοθῆναι τὴν πόλιν — μηδὲ πύλας ἀνοιχθῆναι μηδὲ πολεμίους ἐπεισπεσεῖν, cfr. Kühner II² 1045 g. (Contra 19,9 exhibet codex [ὀμόσειεν] ὑπηρετήσειεν pro -σειν, quod miror a Passovio servatum esse.)

3. De augmento.

a) Augmentum syllabicum servatum est in his verbis a vocali incipientibus: ἀπεωθεῖτο 26,20, ἑώρων 30,10, ἀνεῳγμένην 20,19.

b) Augmento carent: ἐπιλελοίπει 13,16, forma rarissima (Her. III 25,16 ἐπελελοίπεε), ἀπολώλει 41,16, quod etiam Attici adhibent, κατεγγυημένῳ 11,23, εὕρισκεν 6,3, εὑρέθη 48,17 (ut saepius), ὀρρώδει 14,3, προσκαθίζετο 34,18; ἴδεν 11,5 in εἶδεν corrigendum esse censet Martinius l. l. LXIX sq.; at nescio an Parthenius hanc formam epicam admiserit; has codicis formas conservari malim.

4. Aor. I act. verb. liquid. in -αίνω unum exstat σημῆναι 14,4 (Ant. Lib. pg. 79,4 ἐσήμανε).

5. Aor. II passivi προσηγγέλη 39,18; haec forma temere in προσηγγέλθη mutata est ab Heynio, quem iniuria secutus est Sakolowski (cfr. Passov. ad hunc locum, Schmid. Att. II 27, III 36, IV 31). Abundat hic libellus aoristis II passivis, plus viginti invenias; cum plerumque μιγῆναι dicatur, bis μιχθῆναι 44, 16. 7,1, quae corrigi non licet.

6. Futur. atticum unum adest χαριεῖσθαι 19,11; at 36,14 ἐγχειρίσειν.

7. Exitus verborum in -μι exeuntium nusquam verbis in -ω assimilantur.

8. Nonnullorum denique verborum formas insolentiores enumerabo:

προσηγορεύθησαν 44,21 (Dem. 40,1; Aesch. Prom. 834).

ἀπεκτονηκέναι 40,7 (cfr. Xen. Hier. 3,8; Aristot. Soph. el. 33, pg. 182b,19; Plut. Tim. c. 16, Artax. c. 14. Thesaur. et Kühn. vol. I²).

ἀρεσάμενος 14,20; rarus aor. med.

γενηθέντος 12,9; hic aoristus ex Polybii aetate notus.

ἠρασμένος 8,13; hoc uno loco.

ἔχω; σχόμενον passivum 47,4 mutari non licet, cfr. Hom., Herod. I 31, VII 128; περιεσχέθην 43,11; προ(σ)ισχόμενος 27,1 (cfr. pg. 20).

ἰαθῆναι pass. 10,17 (Hippocr. saepe, Andoc. 2,9, Plato Symp. 189 D) (Con. 18).

καίω; καιόμενος 30,6 (40,3. 39,3), at καομένη 27,10 (Sak. και.); aor. pass. καῆναι 21,6, ἐκκαῆναι 36,3 apud Jonicos et epicos, Her. saepe (Palaeph., Wipprecht. ll. pg. 29).

Ἐγκεκλεισμένους 8,8; Attici et κεκλειμ. et κεκλεισμ. adhibent.

λήσεσθαι, fut. med. = λήσειν 12,10 raro. (Ap. Rh. 3. 737, Aristot., Plut., Luc., S. Emp.).

ἐληίζοντο (Cobet ἐλῄζοντο) 35,5 (cfr. Vogel proll. ad Diod. I, pg. XXXI).

λούεσθαι 30,9 (att. λοῦσθαι) (cfr. Schmid, Att. IV, pg. 604).

προϊδόμενος 12,14. 30,15 (P. προειδ., quod 30,15 correctum est).

πλήσασα 25,2, simplex rarum; ἐξεπίμπλασαν 45,19, ἀνεπίμπλατο 32,5, non -πιπλ.

ἐρριμμένον 43,11 (Pol. 5. 48. 2).

ἀποσπασθέν 16,14 (poët. Her. VI 134).

τελέσειν 11,20. 15,13.

ἀποτεμόμενος 41,19 (Her. V 82 ταμέσθαι).

φημί; φησί 22,17. 47,17, φασί 21,5. 23,11. 24,10. 30,17. 46,13. 46,22, ἔφη 15,7. 18,10 etc., ἔφασαν 6,6. 27,13 etc., ἔφασκεν 10,4, φάσκουσα 18,3. 26,20, ἔφησεν 40,7, φήσαντος 17,16. 17,24, ἔφατο 10,16 (Hom.), φάμενος 31,15. 11,20. 42,19 ep. ionicum (Her. saepe).

9. Ex verbis derivatis in -έω exstant:

ἐπιρριπτέω 21,3, εἰσφορέομαι 20,2, [ἐν]αλινδέομαι 8,10.

E. De syntactica ratione.

In syntactica ratione Parthenius sollemnem Atticorum usum sequi solet. Cottidianis igitur rebus omissis cum pauca apud Atticos quidem usitata sed quae notabiliora videantur, tum poëtica, Herodotea, Κοινῆς propria omnia afferam.

I. De nomine.

a) De genere.

Neutra adiectivorum, quae ex Thucydide et Platone imprimis nota sunt quaeque recentioribus temporibus percrebruisse constat, inveni haec notatu digna:

τὸ εὔγνωμον 19,18, τὸ περιττόν 5,8, τὸ σύνηθες 33,12 (cfr. Schmid Att. IV, pg. 41. 608), cfr. 16,4. 10,5. 49,17. 9,20. 11,11.

Neutra participiorum c. articulo coniuncta adamat: τὰ παροιχόμενα 10,19, τὰ ἐπεσταλμένα 20,14; 18,6. 11,2. 10,13. 42,16. 12,16. ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν. 12,5; sing.: τὸ πραχθέν 34,16. 36,17.

Neutra singularia collective adhibita sunt: τὸ συμμαχικόν 38,8, τὸ βαρβαρικόν 16,14.

ἡ ἄνθρωπος 33,4 non ita frequens apud Atticos est; Her. I 60, Isocr. 381 b bis, Dem. 19,197, Plut. al.

ἡ παῖς saepe: 14,1. 21,2 et 6 etc.[1]

κύων; κύνες -οῦσαι etc. 22,2 et 10. 49,3, κύνας πολλούς (29,14?).

συνεργός de viro 31,6, de femina 7,13. 38,13.

b) De numero.

Singularis collectivus intellegendus est: πολλὴ γῆ 6,2. 48,22, πολλὴ θάλασσα (Her. I 30, IV 76; Xen. An. 2. 4. 21 πολλὴ χώρα).

De plurali.

1. Pluralis poëticus, qui dicitur, a Parthenio usurpatur in:

τὰ στέρνα 41,21 (negat Kuehnerus Xenophontem talia adhibuisse: Cyr. 4. 6. 4, 7. 3. 14; cfr. Ant. Lib. 73,4, Jacobs. ad Ach. Tat. pg. 421).

γάμοις 14,20, γάμους 25,21 (Aesch. Pr. 949, Ag. 1127, Soph. O. R. 1403).

τῶν ἁρμάτων 14,13, τὰ λύχνα 32,15. 33,12.

χρηστηρίων τινῶν ἕνεκα 8,19 (aliter τὰ κρέα 26,8, quod significat: «corporis particulas» Hom. Her. al.).

2. Pluralia neutrius generis ex lege cum singulari verbi coniunguntur:

18,6 οὐ πρὸς ἡδονῆς ἦν τὰ λεχθέντα; 25,3, 29,11.

3. συνελεξάμεθα dicit scriptor 5,10, ubi de se ipso loquitur, cum initio epistulae singulari utatur: — δοκῶν — ἀναλεξάμενος — ἀπέσταλκα. (Hunc pluralem Attici raro adhibent, cfr. Schmid Att. IV 608.)

παρ' ἡμῖν 24,3.

4. ἐρύσαντο 16,16 = «man befreite».

De duali.

Hunc numerum inde a tertio a. Chr. n. fere saeculo in oratione soluta quasi intercidisse constat, cum apud poëtas diutius servatus esse videatur.[2]

---

[1] ἡ παῖς = «uxor» Nic. Dam. de Julia Agrippae coniuge, frg. 3, pg. 350 Mueller.

[2] Keck, Beitr. z. hist. Synt. d. gr. Spr. I 2 annum 321 extremum constituit, quo qua dualis forma apud oratores exstat.

Atticistae demum dualem in orationem solutam reduxerunt (cfr. Schmid Att. I pg. 87, IV 43 sq. 611).

Poëtae Parthenio tribuenda sunt haec:

τὼ χεῖρε 17,7. 46,8.

Ὑψικρέων καὶ Προμέδων — μάλιστα φίλω ἤστην 34,4 (cfr. Con. 48: ἤστην γὰρ καλοί).

Aliis locis plurali utitur, 6,23: δι' ἔριδος μέντοι ἐγένοντο Ῥοιώ τε καὶ Ἡμιθέα etc., item 13,17. 11,22. 15,18. 35,3 al.

c) De casibus.

Accusativus relationis, quem in sermone vulgari dativo paulatim summotum esse constat, apud Parthenium invenitur: ὅθεν περ ἦν γένος 10,14. 11,9. 25,4; τὴν ὄψιν 45,10. 36,3. 47,15, articulo modo adiecto modo omisso.

Ut 10,14. 11,9 γένος, ita 38,19 κατὰ γένος dictum est.

Accusativus adverbialis τὸ ἅπαν 29,13 = «omnino» rarus esse videtur; Attici τὸ σύμπαν (καθάπαν, παράπαν) dicere solebant.

De καιρίαν cfr. pg. 24.

Accusativus dei invocati: ὤμοσεν Ἄρτεμιν 19,11 apud poëtas imprimis usitatus; (sed etiam Her. I 212 al.; A. Lib. 67,13).

ἐκπλαγεὶς τὸ κάλλος 44,18, Her. Thuc.

Duplex accusativus regitur verbis his:

δίδωμι (λείαν πολλήν) — ἕδνα 35,16, τὸ τέταρτον ἀπολείπειν ἄποινα 17,19, ἐπαγομένων αὐτὸν βοηθόν 41,20. 49,14; saepe ἄγεσθαι γυναῖκά τινα, ἔχειν γ. τ.; σημεῖον — ἀνασχήσειν λαμπτῆρα 20,8, quocum cfr. Eur. J. A. 732, Med. 1027 al. de nuptiarum face et Thuc. IV 111.

Genetivus partitivus sequitur substantiva cum τίς coniuncta: γονή τις τῶν πάνυ καλῶν 32,9, μειρακίσκος τις τῶν πάνυ δοκίμων 45,15; τίς omissum est 15,4 παιδός — τῶν πάνυ δοκίμων, 17,4 (cfr. Ant. Lib. 88,1, Schmid Att. IV, pg. 53); idem sequitur accus. relationis: 11,9 Λευκ. — γένος τῶν ἀπὸ Βελλεροφόντου.

Ἀνεπίμπλατο τῆς ἐπιθυμίας 32,5 ab ἐξέπλησε τὴν ἐπιθυ-

μίαν 31,16. 45,19 ita discrepat, ut hoc significet: «sie befriedigte ihre Begierde», illud: «sie stillte etwas von ihrer Begierde», re vera eam decepit.

Genetivus relationis articulum secutus (τὰ τοῦ χρηστηρίου 6,21, τὰ Νιόβης 46,21. 7,12) in N. T. non invenitur.

παραπλὴξ νοῦ τε καὶ φρενῶν 33,17 novum esse videtur.

Parthenius hic genetivo originis, illic praepositione ἐκ utitur:

a) Λύρκον τὸν Φορωνέως 6,1. 6,17 etc., at ὁ ἐξ Ἡμιθέας καὶ Λύρκου 7,15.

b) apud γενέσθαι: 47,16 τὸν Κορ. οὐκ Οἰνώνης ἀλλὰ Ἑλένης καὶ Ἀλεξάνδρου γενέσθαι, at 47,12 ἐκ δὲ Οἰνώνης καὶ Ἀλεξάνδρου παῖς ἐγένετο, 6,22. 9,1.

c) τῶν Μιλήτου παίδων 22,16 (ἐν Ὀλύνθῳ τῆς Θρᾴκης 31,20), at: ἐξ Ἁλικαρνασσοῦ παῖς 26,15. 13,2.

Item genetivus qualitatis, 16,20 ἀνδρὸς — γένους — τοῦ πρώτου, praepositione ἐκ variatur 26,15 παῖς — ἐκ βασιλείου γένους.

Genetivus infinitivi non exstat; eius loco εἰς τό c. inf. 26,19. 41,8, πρὸς τό 32,16.

ἅπτεσθαι τοῦ πολέμου 39,8; Thuc. V 61 al.

πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου 39,7; post Π. Φ 580 etc. Her. saepe I 68,30. 76,16. 206,9 al., Thuc. II 81 al.

30,2 πειρᾶσθαι αὐτῆς ut apud veteres πειρᾶσθαι c. acc. sonans i. q. «seducere, ad stuprum adducere» (Suidas: τὸ προσβάλλειν γυναικὶ περὶ τῆς ἀφροδίτης); πειρᾶσθαι c. gen. de re venerea praeter Parthenium A. Lib. 121,19 (cfr. Heliod. 7,1 ἀποπειρᾶσθαι).

Secundum ἐρᾶν c. gen. constructa sunt: ὑπεκαίετο αὐτῆς 39,3, ἐκκαίεσθαι — τοῦ παιδός (cfr. pg. 23).

25,2 παντοδαπῆς θοίνης πλήσασα, at 22,8 μεγάλῳ τε ἄχει ἐπληρώθη (cfr. Eur. H. F. 372, πλησθέν Thuc. VII 75, ἔπλησεν Eur. Or. 1363, Aesch. Sept. 464, Kühner II, p. 305 A_2).

παραχωρεῖν τινι τῆς ἀρχῆς 27,12, Her. 7,161, Dem. 18,68, Isocr. 6,13.

οὐκ ἔληγε τοῦ πάθους 22,18 cave mutes cum Sakolowskio; nam cfr. Platon. Phaedr. 240 E, 255 D, Rep. V 490 B.

ἐκαρτέρει καὶ περιῆν τοῦ παθήματος 25,16 num ex libris medicorum sumpta sunt?

ὧν ἡγούμενος 12,21, at Θετταλοῖς ἡγήσατο 12,16, quod ne cum Hirschigio correxeris; nam hoc Parth. habet, quod ubique constructiones variat et mutat (cfr. Con. 36 et 47).

Usum poëtarum sequitur, cum dicit: δάκρυα — ἐχεῖτο τῶν παρειῶν 14,5, ἤλαυνεν τῆς γῆς αὐτόν 7,11 (cfr. pg. 39).

Apud passivum et ὑπό et πρός (cfr. pg. 37) et dativus adhibetur: 13,16 ἔγνωστο αὐτῷ 39,10. 45,20. 46,21. 38,8; dativus rei apud ἔχεσθαι: 30,7 ὀργῇ εἴχετο, 32,5. 49,11, at ὑπ' αἰδοῦς κατέχεσθαι 31,1. 31,2. 19,19. 21,15. 23,17, item 27,10 σφοδρῷ ἔρωτι καιομένη, 30,6 παιδὸς πόθῳ καιόμενος, at 40,3 ἐκκαιόμενος ὑπὸ μέθης καὶ πόθου τοῦ παιδός.

Large utitur dativis commodi aut incommodi, quos qui τῇ ἀφελείᾳ studebant, adhibere solebant:

8,3 αὐτοῖς ἐσκεδάσθησαν αἱ νῆες, 14,13 οἱ τροχοὶ περιερρύησαν αὐτῷ cfr. 6,16. 38,6. 17,18. 38,8.

Apud εἶναι, γενέσθαι ubique; in locutionibus: ἐν πολλῇ αὐτῇ εὐνοίᾳ ἐγένετο 15,17 sim. 18,5. 30,4. 32,22; εἰς λόγους ἐλθεῖν etc. 33,6. 49,12. 47,2; 21,14 διὰ λόγων γενόμενον αὐτῇ, quem locum Sakol. plane corrupit.

Dativus ethicus addito participio 8,5: τῷ δ'ἄρα καὶ αὐτῷ ἦν ἡ μονὴ ἡδομένῳ; nam sic cum Leopardio scribendum esse apparet (cfr. Passov. ad h. l.); miror, quomodo Sak. ἡδομένη, quod cod. exhibet, defensurus sit.

Κελεύειν c. dativo et infinitivo 20,9: ἐκέλευε — τῷ κομίζοντι φράζειν Diod. 19,17 (infinitivo omisso Hom. Plato, Rep. 396 A, cfr. Krüger 48. 7. 10, Kühner II², pg. 395 A_{13}).

διεκελεύσατο τῇ μηνυτῇ — δηλῶσαι 12,6 et saepe παρακελεύσασθαι.

ὁμοίως 49,6 c. dat. coniunctum est (cfr. 30,3); 40,24 sq. cod.

exhibet: μετὰ δὲ ταῦτα παραπλήσιον αὐτῇ πάθος συνέβη τῶν περὶ τὴν Ἐριφύλην γενομένων, quae Schneiderus in — τῷ — γενομένῳ mutanda esse iudicaverat. At similia non desunt; cfr. Ael. H. A. 8,1 ubi ὅμοιος c. gen. coniunctum est; de locis Ar. Ran. 1059, ubi ἴσος c. gen. exstat, Xen. An. 4. 1. 17, ubi multi codd. ὁμοία φυγῆς exhibent, Plat. Soph. 217 B παραπλησίων, ὧν (Kühner II, pg. 302,5) me commonefecit Rohdius, qui omnino ne tales res praepropere mutaremus admonere nunquam destitit. Ita ne 30,2 quidem ἀμφιεσάμενος γυναικείας ἀμπεχόνας pro codicis -αις -αις scribendum esse existimavi; cfr. Plat. Prot. 321 A et Passov. ad l. Parthenii.

ἀπειπεῖν τῷ καμάτῳ 6,3 post Platonem in Menex. 245 B recentiores adhibent.

d) De praepositionibus,

quarum usum in capite antecedente interdum tetigerim, hoc loco agam.

ἀμφί in οἱ ἀμφ' αὐτόν sim. 14,4. 20,17. 22,9. 33,11. Haec praepositio apud Aristotelem non invenitur (Ps. Ar. περὶ κόσμου 6,398ᵃ 20 οἱ ἀμφὶ τὸν βασιλέα) neque apud Polybium aut in Novo Testamento (cfr. Eucken «Über d. Sprachgebr. d. Aristot.», pg. 36; Schmid, Att. IV 443 et 624) (Con. 49; Nic. Dam. frg. 9, pg. 358). A Parthenio ex scriptorum quos sequitur libris sumpta esse videtur.

ἀνά in ἀνὰ στόμα ἔχειν 39,4 iuxta atque διὰ στόμα ἔχειν 24,19 (cfr. pg. 20) (Schmid Att. IV, pg. 625 et 626).

ἀντί semel: 42,13 τίσασθαι — ἀντ' ἀδίκου στερήσεως; usitatius erat τίνομαι ὑπέρ τινος (Aesch. Ch. 312, ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν πληγὴν τινέτω).

ἄνευ deest.

ἀπό sequitur verba pendendi 24,2: ἀναψαμένην ἀπό τινος δρυός 43,13; quae verba c. gen. aut cum ἐκ coniungi solebant; sed apud Xen. et al. ἀπό invenitur; verba appellandi: καλούμενος 49,20.

23,16. 30,17. 44,20. 46,17, cfr. Plato Hipp. mai. 282 A ὄνομα ἔχειν ἀπό τινος (A. Lib. 72,1, Con. 29; 37).

Notandum esse videtur 24,10 ἀπὸ τῶν δακρύων κρήνην ῥυῆναι.

διὰ λόγων γινόμενον αὐτῇ 21,13, cfr. Eur. Med. 872 διὰ λόγων ἀφικνεῖσθαι; δι' ἔριδος ἐγένοντο 6,23, Her. I 169,3 (cfr. Stein, Kühner II 417,36).

διά c. accus. = ἕνεκα («gratia»), quod apud Atticos rarum est, 35,15 invenitur: διὰ ταύτην (cfr. Schmid Att. IV 446 et 627).

Formulis, quales sunt διὰ πόθον, 22,6 δι' ἀγνοίαν 43,8 etc., opusculum abundat; substantivum ubique articulo caret.

διὰ τό c. infinitivo, quod ex Polybio ad fastidium notum est, etiam Parthenius adamat; decies exstat: 12,13 διὰ τὸ ἐκπεπλῆχθαι 5,7. 9,9. 17,21 et 25. 26,1. 27,7. 33,8. 35,18. 36,10.

εἰς = «usque ad» 21,18: εἰς γόνυ ζωσαμένη, cfr. Plut. Ant. 4 εἰς μηρόν. Parthenius permultas formulas finxit per εἰς et ἐλθεῖν al.: εἰς ἔρωτα 6,7. 11,14. 25,15. 35,9. 49,9 etc. (cfr. pg. 63) cum εἰς πᾶν κακὸν προελθοῦσαν 23,13 cfr. Her. VII 118, Dem. 3,3 al.

κατανέμειν εἰς τέσσαρα μέρη 17,17; Her. Xen. Plato accussativum adhibent; Her. etiam κατά et ἀνά; cfr. Stein ad V 69.

εἰς ἀριθμόν i. q. acc. relat. ἀριθμόν 17,16 (cfr. Her. VII 97 πλοῖα ἐς τὸν ἀρ. ἐφάνη τρισχίλια, VII 60 παρεῖχον πλῆθος ἐς ἀριθμόν).

De ἐκ supra nonnulla protuli; de κατέχεσθαι ἐκ v. pg. 15; de 41,17 τίσις ἐλάμβανεν ἐκ θεῶν cfr. pg. 66.

ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι ter invenimus 26,10. 30,18. 50,2.

ἐκτὸς ἐγένετο αὐτοῦ 19,16; Hipp. 7, pg. 1234B (cfr. Her. I 119,25 ἐντὸς ἑωυτοῦ γίνεται) 46,8 ἐκτὸς φρενῶν; de locutione contorta οὐκ ἐκτὸς ἦν τοῦ πάθους 45,17, v. pg. 67.

ἐν πολλῇ φροντίδι ἔχειν 8,2 = «fovere» novum est, ἐν πολλῇ φροντίδι γίνεσθαι 20,13 (Her. I 111 ἦσαν ἐν φροντίδι, Xen. saepe). Similia 10,3. 15,17. 21,16. 36,10. 38,7 etc.

ἐν adverbium 35,8 ἐν δὲ καὶ τὴν γυναῖκα, quod Homerus et Herodotus saepe, raro Tragg. adhibent, Attici nunquam.

πλεῖν ἐπί c. gen., quod iam apud Thucydidem I 116 al. invenitur, Parth. 34,16 (34,19). Cum 31,19 exstet ἐπ' οἴκου διεκόμισεν (Dem. 9,48; Thuc. saepe; Con. 44), 40,4 παραγενόμενος ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Nec obliviscamur a posterioribus casuum alterum cum altero confusum esse; de ἐπί c. dat. apud πτοέομαι v. pg. 14.

De causa adhibetur ἐπί 9,20: ἐπὶ συνέσει διαβεβοῆσθαι (A. Lib. 85,18. 87,23) 12,16 ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν.

49,18 Ῥῆσος δὲ μαλακιζόμενος ἐπὶ μονῇ οὐκ ἠνέσχετο vix sanum; haud scio an pro ΕΠΙ scribendum sit ΤΗΙ; articulus hoc loco desideratur; per «ἐπί» proximae lineae locus corruptus esse videtur.

ἐπὶ μισθῷ ἄγεσθαι 42,9 ex Herodoti l. VIII 137 ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ cfr. I 60,8. 160,6. IV 9,9 (Ant. Lib. 119,8).

Cum 30,22 παραγενομένων ἐπὶ Ἑλένης ἀπαίτησιν cfr. Her. VII 32 ἀπέπεμψε ἐπὶ γῆς αἴτησιν.

ἐπὶ τέλος ἄγειν 20,10 ex Polybio notum est.

ἐπί neutro adiectivorum adiectum: 9,20 ἐπὶ μέγα, 32,7 ἐπὶ μεῖζον, 13,7 ἐπὶ πλεῖστον, 11,16 ἐπ' ὀλίγον.

ἕως praepositio c. gen. apud vetustiores non invenitur nisi in legibus insitivis apud Aesch. I 16, Dem. 18,106, quae recentioribus temporibus ortae sunt. Saepe in N. T. (cfr. Krebs, Praepositionsadverb. II, pg. 13; Schmid Att. IV 638); 19,6. 33,5 ἕως μέν τινος = μέχρι μέν τινος 31,1.

κατὰ γῆς (κείμενος) 11,5 = «in terra, per terram». Hoc modo κατά apud Polybium et in N. T. adhibetur (cfr. Krebs l. l. pg. 9).

κατά c. acc. illis temporibus increbruit (cfr. Schmid Att. IV 456). Polybius hanc praepositionem multo saepius quam alias adhibet. Nec non Parth. large utitur hac praepositione. Sed κατὰ τὴν Σικελίαν 44,6 (sim. 43,19. 9,17) nondum significat i. q. ἐν τῇ Σικελίᾳ sed i. q. «alicubi in Sicilia» (cfr. Schmid Att. IV 459); sim. 42,16. 38,11. 21,18. 49,2; at aliarum praepositionum loco positum esse videtur 20,18 κατὰ τὴν πυλίδα cfr. 46,11; κατά = «contra» 36,8 (cfr. περί).

Herodotus ut κατὰ δαίμονα dicit I 111,5 al., ita Parthenius κατά τινα δαίμονα 19,1. 48,11 (cfr. Nic. Dam. frg. 10; A. Lib. 68,7. 79,1. 98,2, idem κατὰ θεόν 68,3. 85,24. 88,7 [Oder l. l. pg. 1/2]).

Similia 10,19. 30,13 etc.

τὰ κατὰ τὸ χρηστήριον 7,10, qualia Her. saepe usurpat.

De tempore: καθ' ὃν δὲ χρόνον 18,21; idem Diodor. 4,9; D.H.

οἱ καθ' ἑαυτόν 11,10 = «aequales», quod Attici adhibent.

κατά omnium praepositionum plurimum cum verbis coniungitur; plus quinquaginta exstant composita.

μεθ' ἡμέραν 21,11 (cfr. Schmid Att. III 137, I 126); adv. μετὰ δέ (= μετέπειτα) 13,15 Herodoti proprium erat (cfr. Wipprecht, quaest. Pal. pg. 33).

παρά c. accus. = «ad» apud verba eundi praeter Atticos Herodotus vel imprimis adhibet. παρ' Ἑλένην ἰέναι 10,21. 32,20 et 23. 44,13.

περί = «circum» apud verba movendi etc. 7,21 περὶ τὴν Σικελίαν, 15,6. 29,18. 49,23. 46,16 (non significat id, quod ἐν [cfr. κατά]: Schmid Att. IV 463). Ut 42,16 κατὰ μέσον πόρον dicit, ita 26,2 περὶ μέσην ὁδόν.

ἐξαμαρτεῖν περί τινα 8,17 Attici adhibent (Xen. An. 3. 2. 20, Plato Phaedr. 242 E al.).

πρό bis exstat 18,22. 43,6.

πρός c. genetivo apud formas passivas, quod dativo (v. pg. 33) et praepositione ὑπό (5,15. 12,17. 15,11. 17,1. 23,15. 38,3. 39,19. 36.4) variatur, Herodotus praecipue usurpavit.

9,11 τρωθεὶς πρὸς τῆς γενεᾶς, 10,15 ἰαθῆναι; apud πάσχειν: 26,5 δεινὰ πεπονθέναι πρὸς τοῦ πατρός (Her. I 73 ταῦτα πρὸς Κυαξάρεω παθόντες, III 65 πρὸς τῶν Μάγων πεπονθότες), at 48,17 ὑπὸ Λυκάστου δεινὰ πεπονθέναι (cfr. Schmid Att. II 241).

οὐ πρὸς ἡδονῆς ἦν τὰ λεχθέντα 18,5. Hic usus novus est (Hercherus iniuria mutavit), cuius exempla ex aetatis posterioris scriptoribus Lobeckius collegit (Phryn. pg. 10); ex Libanio Bastius (ep. crit. 225) affert locos: vol. IV (Reiski) pg. 181 l. 5 τοῦτο δέ

ἐστιν, ὃ παντός που καὶ ὑμῖν πρὸς ἡδονῆς, pg. 225 l. 21 τοῦ ῥᾴστου βίου καὶ πρὸς ἡδονῆς μάλιστα ἐμοί (cfr. Thuc. III 59, Aesch. Choeph. 704, Schmid Att. IV, pg. 465).

In sermone vulgari praepositiones casuum purorum loco poni solebant; eiusmodi exempla videntur esse haec:

φιλότητα τίθεσθαι πρός τινα 31,7; ἡ πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλία 49,6; ἐκτὸς τοῦ πρὸς τὸν παῖδα πόθου 45,18 (cfr. Schmid Att. IV 100 sq.).

πρὸς δέ 23,17 ubique apud priores invenitur, in N. T. non exstat (cfr. Kühner II² 456).

σύν quater exstat 18,22. 31,12. 41,11; σὺν αὐτῷ μένειν 39,17.

ὑπέρ deest.

De ὑπό c. gen. apud formas passivas cfr. πρός pg. 37; dativo variatur, cfr. pg. 33.

ὑπό c. dativo: 31,18 ὑπ' Αἴθρᾳ τραφέντα, ex usu poëtarum; in or. sol.: Plato Rep. VIII 558 D ὑπὸ τῷ πατρὶ τεθραμμένος, Lach. 184E; Pol. 6. 7. 2 τραφέντες ὑπὸ τούτοις. (De consuetudine Atticistarum v. Schmid, Att. IV 624).

χάριν semel 25,9 ἄλλου του χάριν (cfr. Krebs, l. l. II, pg. 25; A. Lib. 99,17, ante subst. 119,1).

ὡς praepos. a Parthenio non adhibetur (cfr. pg. 3).

Hic liceat mihi proferre ea verba, quae duabus praepositionibus composita sunt.

ἀποκαταστάσῃς 16,4, διεξῆλθεν 17,9, ἐπανατεινάμενος 18,13 (rarum), ἐπεισέρχεται 34,9, ἐπικατασφάττω 22,10. 45,13, ἐπιπροσδεῖσθαι 32,17 (ἅπαξ εἰρ.?), ἐπισυνέστησαν 48,6 (novum), μεταναστᾶσαν 46,14 (Con. 36. 41. 47), προδιεργάσθαι 39,10 (rarum), προσκαθίζετο 34,18 (Pl. Xen.), συγκατατίθεται 32,14 (Pol.), συγκατακλίνω 6,20. 7,3. 11,22. 17,14. 31,14, συνεκπλεῦσαι 42,15, ὑπεξαιρεῖσθαι 17,18 (atticum), δυσανασχετεῖν 15,20. 39,5 (Thuc.).

Ex compositis, post quae praepositio non repetitur, sed quorum praepositio casum regit, memorabilia sunt haec:

ἀμφιπεσών — προβάτοις 16²/₃, at ἀμφιπεσοῦσα — αὐτόν 30,5 (cfr. pg. 10).

ἀπολισθάνειν τοῦ ἵππου 46,9; ἐπῄει τῇ νήσῳ 25,6, at τὸν Περίανδρον 33,3; ἐπιβαίνειν τῆς νήσου 24,18 (Con. 28); ἐπιμαίνομαί τινι 42,8. 44,5 (Con. 28) (cfr. pg. 19); ἐπισείει αὐτῷ πέτρον 27,8; ἐπηνέχθησαν αὐτῇ 22,4; ἐπισυνέστησαν Κύδωνι 48⁶/₇; cum τὰς κύνας ἐπικατέσφαξε τῇ πυρᾷ 22,10 cfr. Her. I 45,5 ἐπ. τῷ νεκρῷ, 19 τῷ τύμβῳ; Xen. An. 1. 8. 29; Ach. Tat. 3. 16. 2 et Jacobs; Con. 17: αὐτὸν τῇ πυρᾷ συγκατακαίειν; περιελαύνοντα — λείαν πολλὴν — τῶν προσχώρων 35.16; περιπλεκομένη τῷ παιδί 32,6 (cfr. pg. 11); πρόσεισι τῷ Ξάνθῳ 12.2. 17,3; προσρυεὶς τῷ παιδί 15,7 (cfr. pg. 25) (cfr. Con. 2: ἀναδῦσα τοῦ ποταμοῦ, 26 et 32 c. gen., ἐλαύνειν 37 et 41 λείπει τῇ νήσῳ).

Verba cum σύν composita dativus plerumque sequitur; σύν repetitur 18,22: συνέβησαν σὺν ἐπικούροις, at 49,6 συγκυνηγεῖν — αὐτῇ, 30,3 συνεθήρα αὐτῇ etc.

Alia quadam praepositione, non praepositione compositi, substantivum regitur: 29,16 ἐπιφοιτῶσα εἰς τὰ — ὄρη, 32,20 εἰσέρχεται παρά, 36,8 καθ' ἑκάστην — ἐπῄει, 33,6 εἰς πολὺν πόθον ἐπάγοιτο αὐτόν, 20,4 ἐνθέμενος εἰς ἄρτον, sim. 46,11. 34,19. 40,5. 49,9 (39,18 ἔφοδος πρός).

Compositorum praepositio haud raro omni vi caret, κατά potissimum, ὑπό 14,9. 15,14 (cfr. pg. 67).

e) De gradatione.

1. Ad superlativum accedunt: ὡς ὅτι; ὡς ὅτι κράτιστα 32,19; ὡς ὅτι μάλιστα ἐν βραχυτάτοις 5,3, ubi nimia superlatio notabilis est (Plato legg. 743 D, Conv. 218 D).

2. Superlativus pro positivo exornandi causa positus est: persaepe μάλιστα = μάλα; 11,15 ῥᾷστα ἀπαλλάξασθαι, sim. 20,2. 13,7. 47,7.

3. Comparativus pro positivo: 10,20 ἡ δὲ αὐθαδέστερον ἀπ-

εκρίνατο (cfr. gramm.; Her. I 31,17. 187,8 et Stein ad. h. l.; de gradatione per μάλα facta v. pg. 54).

f) De Articulo.

1. Articulo demonstrativi pronominis loco posito eadem Parthenius ratione utitur qua Herodotus et Attici; et ὁ δέ etc. passim inveniuntur (34,8 ὁ δέ = ἐκεῖνος δέ) et talia: οἱ μέν τινες — οἱ δὲ καὶ $20^{18}/_{19}$. 21.1 (Pal. τισιν) (Her. Plato); οἱ μὲν γάρ — τινὲς δέ $43^{5}/_{7}$ sim. 16,16; τὸ μὲν καί — τὸ δὲ καί $31^{8}/_{9}$, τὸ μέν τι καί — πολὺ μᾶλλον μέντοι 44,17 (cfr. Her. I 98,17 et de «τι» pg. 44).

ἐν τῷ δή 19,23, quod cod. exhibet, notandum non mutandum esse duco; singulare sane est (cfr. πρὸς τοῖσι Her. V 97,19 et Stein ad. h. l.; Kühner II 509).

2. Articulus adiectus est:

a) semel nomini praedicativo; de Daphna dicitur 30,17: αὐτήν φησι γενέσθαι τὸ δένδρον τὸ ἐπικληθὲν ἀπ' ἐκείνης δάφνην = «illam arborem».

b) nominibus urbium: 8,4 ἀπὸ τῆς Ἰλίου (at 47,13 εἰς Ἴλιον); 40,4 εἰς τὰς Συρακούσας.

3. De articulo omisso.

Exeuntis Graecitatis temporibus consuetudinem articulum omittendi increbruisse constat (Schmid Att. IV, pg. 64); nec obliviscaris Parthenium esse poëtam.

Intercidit articulus:

A. Ante nomina propria. a) Personarum nominibus in eadem fabula allatis cum saepe adiectus sit, haud raro omissum invenimus: 7,2. 7,9. 7,12. 7,13 etc. etc.

b) apud nomina gentium modo ponitur modo omittitur; deest: 7,21. 7,22. 12,15. 14,20. 18,9. 18,21. 19,20. 21,6. 24,15. 26,17. 34,22. 38,10. 39,14. 44,12. 48,5; 11,12. 17,4. 18,21. 23,15. 45,15 (at 45,20).

c) apud nomina α) terrarum et β) insularum et γ) fluminum

intercidit praepositione antecedente: α) 8,19. 39,7. 13,9. 16,22. 21,8; β) 7,21. 43,16. 41,7. 44,11. 48,3; γ) 13,10 ἐπὶ Τανάϊδος (cfr. 35,7, 36,7 προσσχόντες Θεσσαλίᾳ, Λέσβῳ ubi dativus praepositione regitur).

d) apud nomina feriarum; Θαργήλια 20,1, Θεσμοφόρια 16,12.

B. Ante νύξ, γῆ etc., quae personalia prope facta sunt: νύξ 32,14, ἕω 32,21, κατὰ γῆς 11,5, εἰς θάλασσαν 42,20.

C. Ante abstracta: a) praepositione non antecedente: 8,1 κατὰ κλέος σοφίας, 45,12 διὰ μῆκος χρόνου.

b) praepositione antecedente: α) Genetivo insequente: περὶ γονῆς τέκνων 6,12. 8,1. 49,1. 9,20. 42,13, 11,14. 19,13. 38,9. 21,3(!). 22,6. 38,12. 38,6. 45,12 (cfr. pg. 3). β) Genetivo inter praepositionem et substantivum intercalato: 8,3 περὶ Τροίης ἅλωσιν 31,18 (at 38,6). 30,13. 30,22.

D. Ubi duo substantiva arte alterum cum altero coniuncta sunt: 33,17 νοῦ τε καὶ φρενῶν; 42,14 οἶκόν τε καὶ παῖδας; 32,13 ὑπό τε νόμων καὶ ἐθῶν (cfr. 21,15 ὑπό τε ἀνίας καὶ ἀλγηδόνων; itaque 45,6 quod cod. exhibet διὰ τὸ δέος καὶ αἰσχύνην in διά τε δέος καὶ αἰσχύνην corrigendum est; «τε» hoc modo poni solet.

E. Ante ea substantiva, quae ad abstracta proxime accedunt: πρὸ γάμου 43,6 (Hom. ο 524, A. Lib. 87,24); γάμου καιρός 25,19; κοινὴν τράπεζαν 27,1 = «ius hospitis»; σύριγξ 43,16 = «ars canendi».

F. Apud pluralia: ἄνθρωποι etc.; ἐξ ἀνθρώπων 26,10. 30,16. 50,2; (ὅμιλον) ἀνδρῶν 43,18; θεοί 10,20. 30,13. 26,10. 41,18.

G. Praeterea praepositione antecedente ubi locus vel tempus significatur: ἡ κατ' ὄρος δίαιτα 21,18. 49,2; ἐς κοῖτον 17,20; εἰς πόλιν 29,13; περὶ γυμνάσια 15,6; εἰς γόνυ 21,18; διὰ θυρῶν 12,9 (cfr. Her. I 9,15; Krüger ad An. Xen. 2. 5. 31; Jacobs ad Ach. Tat. pg. 565; Philostr. Ap. 30,1); ἐς συφεούς 25,5 ex poëta; μετὰ τρίτην ἡμέραν 19,23 (cfr. Krüger 50. 2. 16).

H. Ante substantiva propinquitatem denotantia: 31,3

Περσέως γυναῖκα (26,18); 22,6 ἀνδρὸς κουριδίου et 42,18 ἄνδρα κουρίδιον (poëtica).

I. Post αὐτός et ὅδε: ἀπ' αὐτῆς Θρᾴκης 13,8 (Cobet nullo iure τῆς addidit); licentia nomine terrae excusatur (cfr. Philostr. 174,14); ἐλέχθη δὲ καὶ ὅδε λόγος 30,21 ex more Herodoti (cfr. VII 167,2 ἐστὶ δὲ — ὅδε λόγος λεγόμενος) quem iam Thucydides secutus est; de ἔπεσι τοῖσδε 22,21, δι' αἰτίαν τήνδε 32,4, τίσιν τοιάνδε 47,3 cfr. Stein ad Her. I 9,4, Kühner II, pg. 544.

K. 11,4 νέκυν — κατὰ γῆς κείμενον scil. αὐτόν; νέκυν praedicativum est.

Articulus Parthenio invito omissus est: 14,5 ubi ὅτε ὁ τροφεύς, 36,17 ubi ἐγκρατῆς τῆς πόλεως, 49,18 ubi τῇ μονῇ scribas necesse est (cfr. pg. 36).

g) De pronominibus.

De αὐτός et αὑτοῦ etc.

A. Nonnullis locis αὐτὸς δέ non alteri subiecto oppositum est, sed obiecto cuilibet: 14,8 τροφεύς — τῇ μὲν θαρρεῖν παρεκελεύσατο, αὐτὸς δὲ κρύφα ὑπέρχεται; 15,21 ὁ 'Αντιλ. ἐκείνῳ μὲν παρεκελεύσατο — αὐτὸς δὲ — ἀνεῖλεν; 22,10 Κυάνιππος — ἐκείνην μὲν — ἐπέθετο, αὐτὸς δὲ ἐπικατέσφαξε (cfr. Ant. Lib. 119,1, Con. 46). Ne μέν quidem antecedit 11,1: ἡ δὲ αὐθαδέστερον ἀπεκρίνατο, ὡς χρὴ παρ' Ἑλένην αὐτὸν ἰέναι κἀκείνης δεῖσθαι, αὐτὴ δὲ μάλιστα ἠπείγετο κτλ.: «illi quidem ab Helena auxilium peteret dixit ipsa autem celerrime ad eum contendit» (cfr. ed. Sak. pg. XCVI).

καὶ αὐτός: 8,5 τῷ δ' ἄρα καὶ αὐτῷ (cfr. Her. I 111,3) sim. 30,6. 45,17.

B. De αὐτοῦ et αὑτοῦ (αὑτοῦ semper exstat, αὑτόν et ἑαυτόν, αὑτῆς et ἑαυτῆς promiscue).

1. Genetivus possessivus αὐτοῦ, αὐτῆς, αὐτῶν

a) sequitur substantivum: 5,16. 14,5. 18,15. 18,16. 19,13. 19,18. 20,5. 32,4. 38,8. 39,4. 41,2. 47,6. 14,6, bis art. omisso 13,7. 35,9.

b) antecedit articulo: 6,6; 17,3 et 48,16 verbo intercalato.

2) Genet. poss. αὐτοῦ etc. inter articulum et substantivum positus est: 33,19 τὸν ἑαυτῆς δαίμονα, 9,12 τῆς αὐτὸς αὐτοῦ γενεᾶς, neque dubito, quin 12,1 ὁ δὲ τόν τε αὐτοῦ πατέρα c. Passovio, 45,19 τοὺς· αὐτῶν γονεῖς c. Herchero scribendum sit. At 7,9 πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ servandum est.

C. Multis verbis interficiendi regitur pronomen reflexivum: διαχράομαι 11,6. 22,12. 26,12. 47,9 (Her.), ἀποσφάττω 11,19. 45,13, ἀναρτᾶν 27,11. 43,13 (ubi Goensius ἑαυτήν addidit) 45,7, ἀνεῖλεν 33,20, ῥῖψαι 41,17. 42,20. 47,8 (Con. 16. 2).

De demonstrativis.

Demonstrativa hic attributive illic praedicative posita sunt. 47,18 οὗτος ad insequentia spectat; ὅδε ad antecedentia: 9,11. 15,13. 49,4. 36,19. 46,17 (at 5,5. 29,12 etc.) (de articulo omisso v. pg. 42). τοιόσδε bis exstat et ad sequentia spectat. 47,3 ὑποσχεῖν τίσιν τοιάνδε, 19,10 Διόγνητος οὐδὲν ὑποτοπήσας τοιόνδε[1].

42,13 εἰς τοσοῦτον — ἐλθεῖν, ὥστε genetivo (μανίας sim.) non adiecto; cfr. Bast. l. l., qui affert ex Libanio vol. IV (R.) pg. 667, l. 3 ἐγὼ δ'εἰς τοσοῦτον ἤδη προέρχομαι, ὡς κτλ. Xen. Eph. (Her.) I, pg. 346,3 εἰς οἷα ἄρα ἐλήλυθε. Pausan. VI 17 ἐς τοσοῦτον προσήγαγεν, ὡς κτλ.

De relativis et interrogativis.

Relativum demonstrativo, cui respondet, antecedit: 14,7 ᾗ βούλεται, ταύτῃ, 18,21 καθ' ὃν δὲ χρόνον — τότε.

ὅστις interr. indir. invenimus: 12,14 προϊδόμενος, ὅστις ἦν, 33,4 γνωρίσαι ἥτις ἦν, 41,23 ἀνέκρινεν, ὅστις τε ἦν καὶ ὁπόθεν. Hos locos Sakol. cum respexerit, mutavit 40,6 ὃς μὲν ἦν οὐκ ἐδήλου in ὅστις κτλ. At nullo iure; nam et Parthenius ipse dicit:

---

[1] Hercher Herm. XII, pg. 146: «Der Zusammenhang zeigt, daß τοιόσδε, was auf nichts Vorhergehendes zurückführt, zu streichen ist»; merito Sakol. Herchero non est assensus; ad verba antecedentia sane referendum non est, sed ad sequentia: τοιόνδε scil. οἷον Π. καθικέτευε.

8,3 ὃν τρόπον — ἐσκεδάσθησαν αἱ νῆες διεπυνθάνετο, 9,7 γνῶναί τι τούτων ὡς ἔχει, 7,3 ἐπιγνοὺς —, οἷα ἐδεδράκει, et vetustiores relativo interrogativi indirecti loco non ita raro utuntur, Herodotus vel imprimis: I 127,7 ὅς ἦν — οὐκ ἔχω εἰπεῖν al. (cfr. Stein ad Her. I 56,5; Hom. Il. B. 365; Xen. Cyr. V 4,5; An. IV 5,29; Con. 48).

τίς bis exstat, indirecte adhibitum 7,1. 19,21.

τις indefinitum[1]; particulis καί ac τε et praepositionibus semper attrahitur, quarum enclitica fiat: 26,6 καί τινος ἑορτῆς, 33,3. 12,2; 40,16 εἴ τέ τινος ἄλλου; 15,10 ἀπό τινος ἐρυμνοῦ χωρίου; 19,1. 24,2. 33,16. 43,12. 46,1; 39,18 πρός τι τῶν χωρίων, 41,11; 9,19 ἔκ του θεῶν; 15,11 ὑπό του τῶν Ἡρακλ. τυράννων; nam nihil mutandum esse puto, neque τοῦ scribendum neque τοῦ Ἀρχελάου c. Meinekio inserendum; nomen proprium P. si protulisset, etiam infra dixisset Ἀρχέλαος etc., non 15,18 ὁ τύραννος, 16,1 τὸν τύρ..

Aeque atque Herodotus Parthenius adamat haec: πολύ τι 25,14, οὐ μάλα τι 6,4 (οὐ μάλα τινά 49,3) (cfr. Stein ad Her. V 33,3; de more Atticistarum Schmid Att. I 136, II 157, III 68).

τινές plerumque = scriptores quidam 16,17. 43,7. 21,5 etc.

τινές initio sententiae positum est 16,17. 41,16. 43,7.

ἕως μέν τινος 19,6. 33,5, μέχρι μέν τινος 31,1.

εἷς indefiniti τις loco: 25,20 εἷς τῶν Νειλειδῶν, 26,16 ἑνὶ τῶν N., 31,15 μίαν τῶν παλλακίδων, 44,6 μία τῶν βασιλίδων (at 8,6 τῶν Αἰολίδων τις) (cfr. A. Lib. 91,25. 112,24. 115,12 et Martinii indicem, Con. 7,25).

θατέρου τὴν γυναῖκα 34,5.

ἄλλος ubique cum τις coniunctum est: 17,24. 25,9. 38,13. 40,16.

πηλίκος 17,15 = «quantus» praeter Plat. in Menon. 82D, 83E, 85A, Aristot. met. 9, Polyb. 1. 2. 8 recentiores soli.

Utrum consilio, dubito, an forte factum sit, ut saepe pronominum alterum iuxta alterum ponatur: 6,18 ἐκεῖνος αὐτόν, 6,22 ἐκ ταύτης αὐτῷ, 10,17 αὐτὸν πρὸς αὐτῆς, 47⁴/₅ αὐτὴν αὐτῷ, 8,1

[1] του = τινός 9,19. 15,11. 25,9.

δς αὐτόν, 8,13 δς αὐτήν, 8,20 δς αὐτόν, 10,9. 10,11. 17,7. 22,9. 32,23. 47,14. 49,13. 38,6. 15,9. 7,1. 35,9.

Maxime mirum: 9,11 πρὸς τῆς αὐτὸς αὐτοῦ γενεᾶς, cuius loquendi usus exempla collegit Bastius. ep. crit. pg. 212 ex Luciano, Aristide, Dione Chrysostomo, al.

De adiectivis πᾶς et πολύς hoc loco agi liceat:

πᾶς i. q. «totus» significans, πάντες i. q. «omnes» substantivum c. articulo coniunctum semper sequuntur: 20,22 οἱ Νάξιοι πάντες, 48,11 τὰς παρθένους πάσας, 18,17 τὸ χρυσίον ἅπαν; nusquam πᾶς ὁ — sim.; 17,15 οὐσίαν τὴν σύμπασαν (cum πάντα ἑκατόν 21,4 cfr. Her. I 50 et Stein ad h. l. Passov. adn. cr.).

πᾶς adverbii loco (cfr. Kühner II, pg. 235 c): 22,5 πᾶσαν διεσπάραξαν, 39,1 πᾶσα ἐνέκειτο; similiter adhibetur πολύς, 19,8 πολὺς ἐνέκειτο, quocum cfr. Herodoti: Γέλων δὲ πολλὸς ἐνέκειτο VII 158 (I 98, IX 91, VIII 59), qualia scilicet etiam apud Dem. de cor. 199 et Theocrit. 3,32. 22,90 inveniuntur (Stein ad Her. l. l.). Ex recentioribus cum Aeliano tum Arriano haec placuerunt (Schmid Att. III 173).

Per πολύς Parthenius simplicem suum sermonem exornare solet; non enim dicit: πόθος εἶχεν αὐτόν sed πολὺς πόθος 40,17. 16,21. 19,4. 20,22. 32,5. 33,7 similiter: 49,9. 30,23. 8,2. 20,13. 15,17. 21,16. 36,10. 38,7. 12,5. 6,2. 48,22. 35,16. 14,19.

ὁ πολὺς ὅμιλος 43,18. 48,14 ex Herodoto: I 88 ὁ πολλὸς ὅμιλος (Thuc. 6. 30. 2; Nic. Dam. pg. 407 Müller).

διὸ πολὺς ἦν λόγος περὶ αὐτοῦ 11,11 ex Herodoto: I 30 παρ' ἡμέας περὶ σέο λόγος ἀφῖκται πολλός cfr. I 75, VI 86, VIII 10, VII 113 (Stein. ad I 30, I 75), Con. 26[1].

II. De verbo.

a) De genere.

1. Activum pro medio adhibitum est:

17,13 παρατείνειν,, παρατείνοντος τοῦ πότου, quod etiam Attici

[1] De πάνυ, πολύ, πολλά v. pg. 54.

adhibent; 32,21 περιφαίνειν (cfr. pg. 24); 40,1. 43,7 συμβαλεῖν ut apud Her. Pol. usitatum est.

2. Medium pro activo adhibere recentiores potissimum solebant (Schmid, Att. I 94, III 62 sq., IV 74):

ἀνεπίμπλατο 32,5, ἀνέλοιτο 27,6 (33,14 cod. ἀναιρεῖ quod mutari in ἀναίρει non licet); ἁρμόσασθαι 13,16 (v. pg. 9); ἐπάγεσθαί τινα εἰς πολὺν πόθον 33,7; reliquis locis medium suo loco positum est; c. 10,8 πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκείοις cfr. Thuc. III 10, cum 44,20 Thuc. II 2.

καθομολογήσασθαι 19,22. 32,18. 36,16 = ὑπισχνεῖσθαι; καθωμολογῆσθαι = «desponsare» 25,20. 48,4 (25,20 ᾧ καθωμολόγητο medium est ut 48,5[1]; 48,5 non erat mutandum); κατελάβετο 22,7 = «nactus est» (fut. 17,26); κατορθωσάμενος 38,18 (cfr. Thuc. VI 13); προιδόμενος 12,14. 30,15 (Thuc. Oratt. Xen., ex Pol. aetate ubique); συνεδιώκετο 30,16; act. Thuc. I 135 saepe Pol.

Nova sunt haec: ἀποκαλουμένη 27,3, κακῶς φερομένη 27,1 quae mutari non licet (Hercher Herm. XI, pg. 227).

3. Passivum pro activo vel medio:

ἐνδοιασθεῖεν 20,11 (ἐνδοιάζειν Thucydideum) (20,10 ἐνδοιᾶσθαι corruptum existimo); προσεποιήθη 27,4 (Attici προσεποιησάμην dicebant) Pol. (cfr. Wipprecht l. l. pg. 30) (de ἐγενήθην et σχόμενον v. pg. 28).

b) De tempore.

1. Praesens historicum et aoristus promiscue adhibentur. Parthenius ubi oratione recta utitur, ab aoristo incipere solet, pergit per praesens. Participia aoristi cum praesentis participiis praeferat, infinitivos nullo discrimine ponit. Cum vitam studiaque personarum describit, quomodo cupidine crucientur amantes, quomodo resistant arceantque malum, semper fere imperfectum invenias.

2. In oratione obliqua saepe infinitivus praesentis exstat, cum

[1] De subiecto repente variato cfr. pg. 59 sq.

exspectes praeteritum, velut 9,19. 13,8. 24,14 et 16 et 17. 30,23. 31,2. 35,14 et 17. 36.9 (at 36,7). 44,15 al. 46,15 (32,3. 48,22).

3. Imperfectum iuxta praesens $11^{17}/_{18}$. $31^{6}/_{7}$. $32^{8}/_{9}/_{10}$ al. (cfr. Bast l. l. 218).

4. Imperfectum aoristi aut praesentis loco: 12,9. 17,17. 17,21. 19,5—10. 20,20. 21,16. 27,5. 30,12. 34,18. 41,18.

5. Imperfectum pro plusquamperfecto: ἔφατο 10,16, ἐπεβούλευεν 30,12.

6. Praesens, ubi imperfectum exspectes: 9,7 ὡς ἔχει, 10,8 ὡς δεῖ.

7. Plusquamperfectis opusculum abundat.

8. Praesens significat scriptoris ipsius aetatem (ubi locus quidam describitur) 16,14. 19,2. 42,3.

9. Aoristi infinitivus pro infinitivo futuri:

11,15 οἰόμενος — ἀπαλλάξασθαι, 6,22 βουλόμενος — γενέσθαι, 32,23 λέγει — ἀφικέσθαι, 36,1 ἀπέστυγεν — γενέσθαι, apud οἷός τέ εἰμι 10,10 et 17 (cfr. Kühner II 160,3, Wagner praef. ad Apollodorum, Kayser praef. ad Philostr. XXIV).

c) De modis.

1. De infinitivo.

Infinitivis large utitur Parthenius. Verba dicendi sequitur hic infinitivus illic coniunctio ὡς; ὅτι semel exstat 10,9. Cum ab usu sollemni vix unquam abhorreat eius consuetudo, pauca mihi afferenda sunt.

ὥρμησεν 19,17 c. puro inf., at 30,15 ἐπὶ τὸ διεργάσασθαι, quod utrumque passim Polybius adhibet.

λέγεται ubique cum acc. c. inf. coniungitur (quod iam Herodotus semper fecit): 13,5 λέγεται Σίθονα — γεννῆσαι, 24,13 λεγ. — Κάλχον ἐρασθέντα — ἐπιτρέπειν 32,2. 34,5. 35,12. 36,6. 44,11. 48,21.

45,3 sq. cod.: λέγεται — Διμοίτην ἁρμόσασθαι — αἰσθανόμενος δὲ — δηλῶσαι, quod invito Parthenio servari puto; nam nusquam constructiones sic confundit (Heynius iam: -ον scripsit).

Infinitivus futuri c. ἄν sequitur: πείθεσθαι 6,16. 15,13 (cfr. Kühner II, pg. 258 d, Kayser praef. ad Philostr. XXIV adn. 17).

Semel infinitivus regitur verbo sentiendi: 11,2 ἐπέπυστο κεῖσθαι αὐτόν (Kühner II, pg. 629,3).

In orationis obliquae sententiis subordinatis infinitivus adhibetur:

a) post ὡς: 30,23 ἐλέχθη περὶ Λαοδίκης — λόγος, ὡς — πολλὴν ἐπ. ἔχειν (quod Herod. haud raro adhibet, cfr. Stein ad I 24,30, Kühner II 876 $A_3{}^b$).

b) post εἰ: 44,16 μὴ θέλειν ἀποδοῦναι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ μιχθῆναι. In ceteris sententiis coniunctionibus rectis cum omnes scriptores Graeci in oratione obl. nonnunquam infinitivo utantur, post εἰ unus fere Herodotus (cfr. Stein ad I 24,30; Thuc. 4,98).

c) in enuntiato relativo: 42,13 ὅθεν εἰς τοσοῦτον — ἐλθεῖν 46,14 ἣν μεταναστᾶσαν — βαδίζειν.

Semel accusativus c. inf. invenitur nominativi loco adhibitus in sententia per ὥστε recta: 21,13 νύκτωρ κατῄει πάνυ κεκμηκώς, ὥστε μηδὲ — γινόμενον — καταφέρεσθαι.

Infinitivus sequitur adiectivum ἐκπρεπής 43,17; substantivum: 44,7 ἤγαγεν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῇ μιγῆναι (Kühner II 583,5).

2. De participio.

Participiis hic libellus abundat; constructiones participiales longe plures sunt quam enuntiata coniunctionibus recta. Ex. gr. in prima fabula undetriginta participia exstant. Haud pauci loci participiis accumulatis difficiles fiunt.

Participia, quae subordinanda erant, a Parthenio coordinata esse videntur: 19,12 κατομοσαμένου δὲ ἐκείνου καὶ λαβομένη τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἡ Πολ. μιμνήσκεται; genet. abs. et part. coniunct. coordinata sunt. Qua Passovius utitur ratione (καί — καί = «et — et») explicari non licet, siquidem καί — καί, quod hoc loco plane ineptum est, apud Parth. non invenitur (cfr. pg. 54); ad simplicem eius sermonem non quadrat.

Vetustiores quoque talia habere ex Kühneri I 661,3 colligas.[1] 42,10 ἐπὶ μισθῷ γὰρ αὐτὴν ἀγαγομένην χερνῆτιν γυναῖκα Νικ. καὶ ἐργασαμένην ἐνιαυτὸν ὕστερον ἐκ τῶν οἰκείων ἐλάσαι, partic. subiecti et obiecti per καί inter se coniuncta esse videntur. καί deleto sane nihil iam offendit (cfr. pg. 54).

Participio absoluto utitur αὐτός etc. repetens, cum part. coniunct. propius fuerit: 12,19 Λευκίππου — τοῖς πολεμίοις, ὧν ἐτύγχανεν ἡγούμενος ὁ Λευκ., ἑλομένων αὐτὸν — τῶν — δεκατευθέντων; item fere 41,19; 16,18 τινὲς δὲ τῶν βαρβάρων αὐταῖς οἰκειωθέντων ἀπήχθησαν, 17,8. 34,14 al.

Partic. sententiae condicionalis loco: 44,3 μὴ πειθομένου — αὐτοῦ.

Partic. futuri sententiae finalis loco: 6,12. 10,18. 17,10. 25,20; c. articulo: τοὺς. πευσομένους 48,7, quod rarum est (cfr. Kühner II, pg. 622 A; Herod. VII 133).

Particip. sententiae concessivae loco: 15,5. 38,20. 42,19 (26,3. 34,20); καίπερ adiecto 8,11. 44,5.

Ad participium causale accedit ἅτε δή 10,19. 11,12. 22,3 (cfr. δή pg. 53); ὡς saepius.

τυγχάνω c. partic. 30,4. 34,8. 39,22. 12,21; 41,15 ἐτύγχανε — ἀγχιβαθὴς οὖσα, at 20,6 ἐτύγχανον τῆς πόλεως ἡγεμόνες οὗτοι (omisso ὄντες (cfr. Kühner II 628 c, Lobeck ad Phryn. 277).

ὤν praedicato additum est 19,6. 31,1. 35,16. 38,18 (7,17. 40,24) (at cfr. pg. 58).

Unum adverbium participii perfecti passivi exstat: ἐρρωμένως 30,15.

Unum adiectivum verbale: τί ποιητέον εἴη 19,21.

3. Optativo obliquo praesente antecedente Parthenius non utitur. Indicativus adhibetur regente praeterito 7,3. 33,4. 40,6 al., opt. e. gr. 17,15. Uterque modus 32,22, si codici fidem damus: ἀναπυνθανομένης αὐτῆς, εἰ κατὰ νοῦν αὐτῷ γένοιτο καὶ εἰ αὖτις λέγει αὐτὴν — ἀφικέσθαι (cfr. ὅπως pg. 51).

[1] Bastius καί delevit; sententiam suam fulcire potuit loco simili 20$^{16}/_{17}$.

27,9 ἐννοηθεῖσα, ὡς δεινὸν ἔργον δεδράκοι; Sak. ἐδεδράκει scripsit secundum 7,3 οἷα ἐδεδράκει, ut videtur. Sed hic locus plane discrepat; ὡς saepius c. optativo coniunctum est: 10,5. 17,10. 32,9. 48,13.

4. Coniunctivus deliberativus semel exstat: 7,6 μηδὲν ἔχων, ὅτι ποιῇ.

5. In sententiis condicionalibus, ubi futurum ab imperfecto vel praesenti historico rectum in apodosi positum est, quoniam ἐάν Parthenius omnino non adhibet, ubique optativus aoristi (= fut. exact.) invenitur: 11,19 εἰ — συνεργήσειεν, ἀποσφάξειν ἠπείλει; item 17,23. 19,8. 20,11. 36,14; 39,8 (ἀναπείθει), ὡς, εἰ καὶ ἅψαιντο — ἐκπολιορκήσοντες. Respicias haec tria enuntiata simillima: 13,11 εἰ δὲ ἥττων φανείη, τεθνάναι (κελεύειν); 39,20 εἴ τις βιάζοιτο, κατακαίνειν (παρεκελεύσατο); 40,9 εἴ τέ τινος ἄλλου δέοιτο, φράζειν ἐκέλευεν.

εἰ = ἐφ' ᾧτε 38,10.

6. Sententiae temporales hypotheticae duo inveniuntur coniunctione ὁπότε rectae: 12,6 ὁπότε ἴδοι, 7,8 ὁπότ' ἂν ἀφίκοιτο (ὁπότ' ἂν ἀφίκηται vel ὁπότ' ἀφίκοιτο dictum esset, si filium Lyrcus venturum pro certo scivisset) (cfr. Kühner II 1055 A4).

In sententiis iterativis relativis rectis ὅτι ἂν c. coniunctivo 19,9. 19,11; 15,9 ὅτι ἂν κελεύοι, quod non mutem, cum Parthenii consuetudinis recordatus tum observationum Kühneri II 1054,4.

ἕως = «dum» temporale cum praesenti coniungitur antecedente imperfecto 11,23 συνῆσαν, ἕως τις ἐξαγγέλλει, item 32,8.

14,5 ἕως ὅτε (cfr. pg. 42) ut barbarum vv. dd. suspectum. Apud Xen. Cyr. 5. 1. 25 nonnulla mss. exhibent: ἕως ὅτε 'Αστυάγης ἡμᾶς ἀπέστρεψεν, ubi nunc scribitur ἔστε. Schol. Ar. Pac. 478 vel Thucydidi tribuit: IV 117 ἕως ὅτε Βρασίδας εὐτύχει, ubi scribendum est ὡς ἔτι. Sed apud Parthen. nihil mutari licet; haec forma certe exstitit, quamquam legimus nusquam ante Joh. Chrysostomum X 341 D, Zosimum 1. 5. 3, al. (cfr. Krebs Pr. Adv. I. pg. 37; μέχρις ὅτε Pol. 20. 12. 2 etc.; in N. T. similia; Krüger 66. 1. 4; Lobeck Phryn. 46).

πρίν 18,11. 48,21, πρὶν ἤ 9,7. 32,21; πρὶν ἤ Homeri et Herodoti proprium apud Atticos perraro invenitur (Thuc. 5. 61. 1, ubi v. Poppo ed. mai.; Kühner II 949a; Ant. Lib. 78,5. 104,6; Con. 23); c. infinitivo coniuncta sunt.

Singulare videtur esse hoc: 9,11 καὶ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἤ τόδε ἀπεργάσθαι (A. Lib. πρόσθεν ἤ c. inf. 75,16. 97,6).

7. Una sententia finalis exstat (praeter participia finalia) 7,7 δίδωσι — ὅπως ἔχῃ. Coniunctionibus ἵνα aut ὡς fin. Parthenius omnino non utitur. ὅπως autem verba petendi sequitur c. coniunctivo coniunctum 10,18. 20,6. 31,6, c. optativo 27,5, cum utroque modo: 33,6 (ἐδεῖτο) — ἐξικετεῦσαι — ὅπως — ἀφίκοιτο καὶ — δήλῃ — γένηται. (Sic. c. Legrandio scribam; cfr. de modis variatis pg. 49.) Hom. ϑ 344, Herod. IX 117 ἐδέοντο, ὅπως ἀπάγοιεν al., qui saepius ὅπως ἄν c. opt. habet (cfr. Stein ad II 126, V 98, I 67; Kühner II, pg. 579 A[b]).

III. De negationibus.

Recentiorum more Parthenius negationibus utitur. Nam etiamsi, quod multi neglexerunt, ubi adhibet «οὐ», suo loco adhibeat, multis tamen locis, quibus «οὐ» pro Atticorum more usitatum erat, «μή» invenimus. Qua ratione usus sit Parthenius, accurate iam et distincte exponam.

a) μή

α) positum est ut, poni solebat apud priores,

1. in sententiis hypotheticis (εἰ): 11,19. 16,2. 17,23. 19,8. 20,11. 44,16;

2. in interrogatione disiunctiva: εἴτε — εἴτε μή 20,14 (Kühner II 749 A1);

3. post verba timendi: 26,21. 38,7;

4. apud infinitivum: α) διὰ τό 5,7. 9,9. 17,21 et 25. 33,8. 36,10. 27,7. 9,9. β) post verba orandi etc.: 11,18. 14,11. 15,21. 18,15. 23,12. 10,3. 15,13. γ) ὥστε 15,9. 21,13;

5. apud participium condicionale: 44,3.

β) contra usum positum est

1. apud infinitivum in oratione obliqua: 34,7. 38,14. 44,15;

2. apud participium: α) causale: 5,4. 7,6. 9,4. 22,5. 23,17. 12,14. 38,11. 47,5 (Con. 23); β) instrumentale: 12,3. 42,11. 50,1 (ex Rohdii coniectura); γ) post ἑώρων: μὴ βουλόμενον 30,10.

b) οὐ

1. apud verbum finitum passim;

2. apud infinitivum non invenitur, nisi cum una vox negatur: a) 27,13 ἔφασαν δέ τινες οὐ πέρδικα, σκεῦος δέ, 46,22. 47,16. b) 45,8 τὸν Διμ. μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἐπιτυχεῖν. c) 33,1 ἡσθῆναι οὐ μετρίως (cfr. pg. 67);

3. apud participium: a) tota sententia negatur: 19,10. 39,5. 40,17. 8,11. b) una vox negatur: 26,1. 31,4. 11,22; Litotes: 6,9. 39,1. 44,5.

4. οὐκ ἐὰν 10,11. 49,17 οὔ φημι 19,8. 32,12. 34,20.

IV. De nonnullis particulis et adverbiis.

ἄρα Parthenius saepe adhibet (decies quater; apud Ant. Lib. deesse videtur). καὶ μὲν ἄρα 41,16, ὡς ἄρα 30,21, ceteris locis δὲ ἄρα; δὲ ἄρα articulum sequitur praeter 20,6. 46,2. 25,2. (Hanc particulam Plato praecipue adamat; Schmid Att. I 183.)

αὐτίκα ubique cum καί vel δέ coniunctum est. Apud participium, cui Herodotus saepe adicit (e. g. I 34,3. 60,7 al.), 12,8. 17,12. 21,18. 25,1.

γάρ tertio loco positum 18,4. 22,17. 43,5; 42,9. 44,3. 49,6.

γέ; 19,5 δή γε, 36,15 εἴ γε (A. Lib. 116,2; Kühner II² 683); δή γε priores non adhibent.

γέ illis temporibus evanuit; cfr. Meinek. adnott. ad 302,17 et pg. 337 in addendis, Hercher. Scr. Erot. I, pg. LVI.

δέ sequitur μέν tota perioda intermissa: 22,17. 23,11.

δέ = ἀλλά post negationes 11,4. 15,6. 17,26. 18,6. 27,13, post μέν 6,5. 14,5. 29,14. 30,3. 43,7.

δέ tertio loco: 8,16. 10,4. 18,21. 47,2. 47,5; 9,5. 9,20; 27,10. 39,5; quarto loco: καὶ ἡ Πολυκρίτη δέ 20⁸/₉.

καὶ ἄλλως δέ 9,5. 9,20. 27,10. 39,5. = «alioquin, praeterea», μηδὲ ἄλλως 9,9. Usitatiora erant καὶ ἄλλως, ἄλλως δέ; καὶ ἄλλως δέ inveni apud Nic. Dam. pg. 356 frg. 7 M. καὶ τὸ μὲν ἄλλως πως 30,2 (Her. I 5,12). Cum εἴτε καὶ δι' ἔρωτα — εἴτε καὶ ἄλλως καταμαντευομένη 49,16 cfr. Her. VI 147, III 33[1].

δή. Hac particula Herodotum vel imprimis abundare constat; Parthenius subiungere solet:

1. adverbio ἔνθα; ἔνθα δή 7,11. 14,11. 16,16. 20,21. 27,3. 30,9. 31,13. 36,8. 41,21 (cfr. pg. 3). 45,8. 46,10. 48,23, quod Herodotus ubique adhibet; 8,10 et 34,16 δή cum Herchero inseras.

De 11,1 ἠπείγετο, ἔνθα δὴ ἐπέπυστο utrum δή delendum sit necne, dubito; ἔνθα relativum particula δή caret: 12,18. 23,15. 36.2. 49,22.

2. coniunctionibus: ὡς δή 10,5; ἅτε δή 10,19. 11,12. 22,3; Her. I 171, qui tamen ἅτε plerumque vel οἷα δή (Aelian. Arrian.) adhibet. (Dio Chrys., Philostr., cfr. Schmid, Att. I 184; IV 551).

3. pronominibus: ὃ δή 5,8. 30,13, ἀφ' οὗ δή 44,20, ἐν τῷ δή 19,23.

43,17 σύριγγι δή τε δεξιῶς χρήσασθαι καὶ τὴν ἰδέαν ἐκπρεπής, locus corruptus, qui τε δή scripto nihil sanatur.

διό 11,11. 16,3. 46,17 inde a Platonis aetate.

εἶτα, 37,8, εἶτα μικρὸν ὑποβάς; in narrationibus ipsis non adhibetur; 50,2 Rohdii coniectura sublatum.

εὐθέως 20,3. 25,4, εὐθύς deest.

ἤ = «quam» post negationes 9,10. 10,10; ἤ = «aut» deest.

ὅσον οὐκ ἤδη 31,4, Xen. Eur. Pol.

ἰδίᾳ 24,11.

---

[1] Cum 27,10 ἡ δὲ ἄρα ἐννοηθεῖσα, ὡς δεινὸν ἔργον δεδράκοι, καὶ ἄλλως δέ καιομένη σφοδρῷ ἔρωτι τοῦ παιδός cfr. Ach. Tat. II 13: θυμὸς ἴσχει τὸν Καλλισθένην καὶ ἠτιμάσθαι νομίσαντα ὑπὸ τοῦ Σωστρ. καὶ ἄλλως ἐρῶντα, ubi nihil mutari licet; significat enim: «ira Call. augebatur amore».

καί.[1]

Haud paucis locis in codice καί invenimus, quibus nemo desideret. De 19,12 et 42,10 v. pg. 48 sq.

καί non delendum est his locis, quibus eiecit Hercherus:

19,19 ἔδει γάρ, ὡς ἔοικε, καὶ Ναξίοις μεταβολὴν γενέσθαι; 31,14 ἔνθα δὴ παντοδ. θοίνην ἑτοιμασάμενον συγκατακλίνει καὶ τὴν Λαοδίκην αὐτῷ. Optime quadrat ad Parthenii dicendi genus. Supervacuum at servandum est etiam 21,6. Sed vix tolerabile est 14,12. 26,8; 46,21 prius καί cum Meinekio tollam; 21,11 καί non licet inseri, quia verba ἦν δὲ φιλοκύνηγος verbis sequentibus explicantur.

καὶ γάρ 39,2. 49,6.

κομιδῇ 32,5, κομιδῇ νέος, idem D. Chrys. I 200,27, Polemo 5,7, Philostr. saepe (Schmid. Attic. IV, pg. 190; Aristoph. Plato, philosophi; Con. 11); cfr. 30,23 παντάπασι νέος.

μάλα. Parth. ut substantiva per πολύς, ita adiectiva et adverbia per μάλα exornat: μάλα μεγάλην πυράν 14,16. 6,2. 21,8. 29,17. 45,9. 40,24; μάλα φιλοφρόνως 6.18. 17,7. 18,7. 47,14; 19,10; 30,15; 36,9; participiis adiecit iis tantum, quae adiectiva notione aequant: 6,14 μάλα γεγηθώς, 24,19 μάλα ἀχθεσθεῖσα. Hac quoque re reicitur, quod a Peerlkampio propositum recepit Sakolowski 49,18: μάλα κακιζόμενος; μαλακιζόμενος — οὐκ ἠνέσχετο optime quadrat, dummodo τῇ μονῇ scripserimus (cfr. pg. 36).

Similem in modum utitur adverbio πάνυ:

πάνυ συχνούς 13,14, πάνυ δοκίμων 15,4. 16,20. 45,15. 22,3. 25,21. 32,10. 39,15; πάνυ κεκμηκώς 21,13 (Con. 24; 40). Apud verba 10,5. 14,2. 41,9. (De Atticistarum more cfr. Schmid Att. I, pg. 131, III 136 sq., III 144, IV 193 et 211.)

Comparativo μᾶλλον addere solet πολύ; 18,3. 25,16. 41,13. 44,18. 48,14; πολὺ ὕστερον 26,1, οὐ πολὺ μετέπειτα 41,17 (dativus differentiae nusquam invenitur).

πολλά adverbium adhibet apud verba transitiva, lamentandi potissimum: 6,7 πολλὰ δεηθῆναι, 19,14 π. καθικετεύει. 7,4. 17,20.

[1] De λέγεται δὲ καί cfr. pg. 62.

15,7. 11,6. 33,19. 22,11. 42,1. 43,11. 20,16. 42,12. 42,19 (πολλάκις deest). (Con. 4. 23 bis. 24; de μάλιστα v. pg. 39.)

μεγάλως ἀλγεινόν dicit 43,9 (qui locus ab Herchero misere corruptus erat). Hoc adverbium cum omnino rarum sit, adiectivo (vel adverbio) adiectum non exstat nisi apud Hom. Il. 17,723 ὕψι μάλα μεγάλως et Herodotum I 4 Ἕλληνες μεγάλως αἰτίους γενέσθαι, VII 190 μεγάλως χρηστὴ ἐγένετο. (Her. hoc adv. adamat, cfr. I 16. 30. 58. 118. 167, II 29. 124 etc.)

μέν; μέν — δέ bis in eadem sententia 22, 9—11. 34, 6—8; μέν solum δέ non sequente: 9,9; μὲν γάρ 18,4. 22,17. 43,5. (32,5 c. Mein. μέν inserendum esse verisimile est et interpungendum: κατείχετο· καὶ τέως μὲν κτλ.) μέν — μέντοι, quod Attici omnes habent: 11,16. 19,7. 34,21. 36,16. 41,16. 44,18.

νῦν 42,2. 49,19 = «his (Parthenii) temporibus».

οἱονεί 5,9 = «veluti» inde ab Aristotelis aetate usitatum. Aristot. saepe; Pol. 1. 3. 4.

ὁτὲ μέν — ὁτὲ δέ 42,18 recentiores adhibent inde ab Aristotelis aetate. Apoll. Rh. 3,1300 (cfr. Hom. ὁτέ — ἄλλοτε; Kühner II 781). ποτέ — ποτέ 26, 20.

ἔστιν ὅτε 21,14 (cfr. pg. 3), 29,15 Atticum.

οὕτως: 24,3 ad sequentia spectat. Plerumque antecedentia comprehenduntur per καὶ οὕτως = «εἶτα» aut = «διὰ τοῦτο» 31,16 al. (cfr. Herodoti οὕτως δή I 56. 62. 64. 87. 171. 123 al. v. Meinek. ad 333,4); ad participium saepe accedit.

τὸ μὲν παραυτίκα 36,16 Herodoteum (I 19, VII 137); de πρότερον μέν — ὕστερον δέ, πρῶτον μέν — δέ, τέως μέν — δέ cfr. pg. 6 et 64.

τε[1] = καί ubique exstat; per τε voces coniunguntur 16,20.

---

[1] Parthenium nobilius quoddam stili genus sequi vel ex eo modo intellegitur, quomodo cum participia tum particulas, τε καί praecipue, adhibet, unde enuntiata comprehenduntur ac veri verborum circuitus artius inter se cohaerentes evadunt, quales apud Antoninum Liberalem frustra quaeras; hic enim coordinare omnia ac dissolvere consuevit, τε perraro adhibet

τε καί colligatum saepe; saepius nonnulla verba intercalantur. Vox c. sententia coniungitur $17^{9}/_{10}$.

τε — τε sententias coniungens 35,16 τήν τε νῆσον ἐξημερῶσαι — λείαν τε πολλὴν — διδόναι, ubi τε — τε suo loco positum est; 13,15 ὡς αὐτόν τε ἡ πλείων ἰσχὺς ἐπιλελοίπει ἔγνωστό τε αὐτῷ, ubi hyperbaton statuendum est item atque 42,13 ὅθεν εἰς τοσοῦτόν τε ἐλθεῖν, ὥστε ἀπολιπεῖν οἶκόν τε καὶ παῖδας — συνεκπλεῦσαί τε τῷ Ξ. Quod vv. dd. prius τε his locis deleverunt, non animadverterunt hac quoque in re Parthenio Herodotum imitationi fuisse, qui tali hyperbato particulae τε saepe utitur (cfr. Stein ad I 45,8. 207,35).

F. De compositione sententiarum.

I. Substantiva attributive adhibentur

haec: 14,5 τροφεὺς αὐτῆς πρεσβύτης, 42,10 χερνῆτιν γυναῖκα (Hom. Anth.) (at substantiva sunt ubique βοηθός 41,20, ἐπίκουρος 18,22. 47,13. 48,21. 49,15, συνεργός 7,13. 31,6. 38,13).

II.

1. Attributum praedicative saepe positum est.

a) 5,11 τὴν χρῆσιν ὁμοίαν, 10,7 γυναικὶ ξένῃ, $14^{18}/_{19}$. 27,4. 27,13. 42,18. 42,11, ἐντελῆ τὸν μισθόν; 45,20. 46,10. 47,7; πᾶς praecipue: 18,17. 20,22. 48,11. 49,9 et πολύς: 39,16. 40,15. 44,6. 49,3 (more Herodoti); 11,12; 24,11 ἰδίᾳ τῇ καλουμένῃ; adiectivum premitur: 6,9 μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην, $16^{21}/_{22}$ παιδίον ἀπολ. διετές. b) cum articulo coniunctum post nomen positum est: 17,15 πηλίκην οὐσίαν — τὴν σύμπασαν, 40,23 οἶκον τὸν Ἀρίστωνος.

c) articulus repetitur: 24,15 τὴν βασιλείαν τὴν Δαυνίων 30,17. 34,19.

2. Gen. possessivus substantivi aut inter articulum et alterum

(numero undecim τε καί [72,2?]; perraro etiam apud Conon. exstat), καί molestissime accumulat (cfr. Oder l. l. pg. 39).

nomen inmittitur 20,12 ὁ τῆς Πολ. ἀδελφός etc., aut nomen sequitur 14,9 τὸν ἡνίοχον τοῦ Δρύαντος etc.

3. Gen. obiectivus ubique fere substantivo regenti antecedit (apud ἔραμαι, εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν etc. potissimum): 21,9. 25,15. 29,18. 41,7 etc. etc.

4. Appositio nomini proprio antecedit (apud θυγάτηρ, γυνή, παῖς): 12,20 τὴν Μανδρολύτου θυγατέρα Λευκοφρύην; 29,12 τῆς Ἀμύκλα θυγατρός — Δάφνης; 8,20 τὴν Τυρίμμα θυγατέρα ἔφθειρεν Εὐίππην; 9,18 τῆς Κεβρῆνος θυγατρὸς Οἰνώνης; 38 4/5 τῆς Κροίσου θυγατρὸς Νανίδος; 45,3 Τροιζῆνος τἀδελφοῦ θυγατέρα Εὐῶπιν; 48,3 τῆς Κύδωνος θυγατρὸς Εὐλιμένης; 21,9 μάλα καλῆς παιδὸς — Λευκώνης; 34,5 θατέρου τὴν γυναῖκα Νέαιραν; 42,10 χερνῆτιν γυναῖκα Νικάνδρην. Hoc Parthenii proprium esse videtur.

5. Participia attributive ponuntur: 11,23 τῷ κατεγγυημένῳ τὴν κόρην μνηστῆρι, 13,11. 22,21. al.; at 16,1 ἐξιόντα τὸν τύραννον, 15,6. 23,13. 38,7 al.

III. Ζεῦγμα

agnoscas hoc: 17 25/26 διὰ τὸ μὴ ἐλπίζειν ἐπιεικῆ τινα βάρβαρον καταλήψεσθαι, δεήσειν δὲ πολλῶν λύτρων, ubi ἐλπίζειν et «sperare» et «timere» significat.

IV. De detractione.

1. Substantiva omittuntur: 21,6 καὶ Διογ. ἐν τῷ αὐτῷ καῆναι, ἐν ᾧ καὶ ἡ παῖς scil. πεδίῳ ex 21,4 addendum; οἰκία vel ναός 48,8. 6,12 (ἡμέρα saepe in τῇ ὑστεραίᾳ etc.).

2. Pronomina omittuntur: a) pronomen αὐτός Parth. pariter atque optimi scriptores saepe omisit[1]; 6,3 ὃς μάλα πολλὴν γῆν ἐπιδραμὼν — τέλος ὡς οὐχ εὕρισκεν scil. αὐτήν; 6,7. 7.13. 8,14. 10,11. 10,13 etc. etc.; apud σύνειμι 8,7. 30,7. 45,11; (ἀλλήλοις) 11,12; apud acc. c. inf. 31,2. 40,17. 41,16. 46,15. 47,2; apud acc. c. part. 12,8.

b) demonstrativum supplendum est: 6,13 παῖδας φύσειν, ᾗ ἂν — συγγένηται.

---

[1] Contrarium statuit de A. Lib. Oderus l. l. pg. 41; Blumius pg. 10.

3. Verba omittuntur: a) εἶναι verbi formae: εἶναι 17,16, ἦν: 18,13 ὡς καὶ ἄλλοτε σύνηθες αὐτῇ; 23,15 ἔνθα κρήνη Ἐχενηίς, semper in αὐτῷ ὄνομα: 7,15 Βασίλος αὐτῷ ὄνομα, 19,2. 31,3. 39,15. 42,8. 49,1 (itaque etiam 15,4 c. Mein. eicias ἦν); participii ὤν formae haud scio an subaudiendae sint: 16,20 ἀνδρὸς ἐν Μιλήτῳ πάνυ δοκίμου 32,5. 41,23, εὑρέθη ἔγκυος 48,17 (de τυγχάνω v. pg. 49).

b) ἔφη supplendum est 17,22: κινδυνεύσειν τε αὐτὸν, εἰ μὴ κτλ.

c) δεῖν 13,19.

4. ὀλίγον vel τινά omissum est in μετὰ χρόνον 25,5. 34,7 (Con. 29) (cfr. διὰ χρόνου Lys., ἀνὰ χρόνον Her., ἐν χρόνῳ Xen.).

5. ἔνθα 11,1 = «eo, quo».

6. εἴτε — εἴτε μή 20,14.

7. de 25,4 v. pg. 13. 35,15 τὴν νῆσον dicit neque nomen profert; Chium esse insulam ex locis a Passovio collatis efficitur. Hac quoque re neglegentia quadam Parthenium libellum composuisse elucet.

V. Παρενθέσεις adhibet has:

1. Βασίλος αὐτῷ ὄνομα etc. cfr. IV 3 a; hoc est unum Parthenii asyndeton.

2. per γὰρ adnexas: 14,2 ἔτυχε γὰρ ἐρῶσα τοῦ Κλείτου; 24,16 τότε γὰρ ἐτύγχανε παρών; 19,19 ἔδει γάρ, ὡς ἔοικε, καὶ Ναξίοις μεταβολὴν γενέσθαι τῶν παρόντων κακῶν (cfr. Herod. V 6 οὐ γὰρ ἔδει τούτῳ τῷ στόλῳ Ναξίοις ἀπολέσθαι et al.).

3. per δὲ (ἄρα): 20,5 ἐτύγχανον δὲ ἄρα τῆς πόλεως ἡγεμόνες οὗτοι (24,16. 14,2 quoque τυγχάνω cfr. 18,4. 19.5); similiter: 25,2. 21,11 ἦν δὲ φιλοκύνηγος, 47,15.

VI. Eidem verbo variae structurae adiunctae sunt:

1. Substantivum et sententia interrog. indir. iuxta posita sunt: 8,2 sq. τὰ περὶ Τροίης ἅλωσιν καὶ ὃν τρόπον αὐτοῖς ἐσκεδάσθησαν αἱ νῆες — διεπυνθάνετο; item 17,9 sq., 30,11 sq., 48,13 sq. Haec apud omnes scriptores inveniuntur; Her. I 45,5. 111,5 al.

Nic. Dam. pg. 350 l. 10 (cfr. Schmid. Att. I 185, II 306, IV 115).

2. Coniunctio coniunctione variatur 10,9 sq.: ἐξηγεῖτο δὲ, ὡς δεῖ — καὶ ὅτι οὐδεὶς — οἷός τε ἔσται.

3. Nomen cum praepositione coniunctum participio respondet: 20,18 sq. οἱ μέν τινες κατὰ τὴν πυλίδα, οἱ δὲ καὶ τὸ τεῖχος ὑπερελθόντες; 29,15; 49,15 εἴτε καὶ δι' ἔρωτα — εἴτε καὶ ἄλλως καταμαντευομένη τὸ μέλλον; 13,9 τινας, ἀπό τε Ἰλλυρίδος (καὶ) τῶν ἐπὶ Ταν. ποτ. κατῳκημένων (cfr. Her. VI 128,13 al.).

VII. Hic illic laxius conexa sunt enuntiatorum membra:

1. Relativum non ad proximum antecedens vocabulum refertur: 8,1 ἀφίκετο πρὸς Αἰόλον καὶ Μελιγουνίδα νῆσον, ὃς αὐτόν — τεθηπὼς — εἶχεν, 8,19 sq. εἰς Ἤπειρόν ἐλθὼν — τὴν Τυρ. θυγατέρα ἔφθειρε Εὐίππην, ὃς αὐτὸν ὑπεδέξατο, item 25,20 ἀξόμενος αὐτήν, ᾧ καθωμολόγητο ubi nihil mutari licet, 40,14 τῆς Ἀρίστωνος γυναικὸς, ὃς Οἰταίων προστ. ἦν, 40,18 ἐν τῷ ἱερῷ, ὃν εἶχε. Similiter 35,13: λέγεται δὲ καὶ Οἰνοπίωνος καὶ νύμφης Ἑλίκης Αἰρὼ κόρην γενέσθαι· ταύτης δὲ Ὠρίωνα τὸν Ὑριέως ἐρασθέντα παρ' αὐτοῦ παραιτεῖται τὴν κόρην (ubi Legr. olim voluit παρὰ τοῦ πατρός).

Herodotum imitatur, apud quem exemplum simillimum inveni: VII 190 ὥστε Ἀμεινοκλέι — ἡ ναυηγίη αὕτη ἐγένετο χρηστή, ὃς πολλὰ — εὗρε (cfr. Kühner II 908 A 6, qui exempla Thuc. Is. affert; Con. 44).

2. Subiecta inopinato mutantur: 6,16 sq. (Λύρκος) ἐπεὶ πλέων ἀφίκετο — πρὸς Στάφυλον, ἐκεῖνος αὐτὸν ὑποδεχόμενος εἰς πολὺν οἶνον προετρέψατο καὶ ἐπειδὴ πολλῇ μέθῃ παρεῖτο, συγκατακλίνει αὐτῷ Ἡμιθέαν. 29,17 sq., 31,8 sq. (Περσεὺς) Ἀκάμαντα πείθει· καθίστατο γὰρ ὕπαρχος τοῦ χωρίου· ἦλθε δὲ καὶ Λαοδίκη — ἔτι παρθένος οὖσα· ἔνθα δὴ παντοδαπὴν θοίνην ἑτοιμασάμενος συγκατακλίνει καὶ τὴν Λ.; 39,27 sq., 25,4 sq., 48,3 sq.

25,19 sq. Κλύμενος subiectum est et verbi καθωμολόγητο et ἐνεχείρισε (cfr. Her. I 33 et Stein ad hunc l.).

VIII. Fabulae aut oratione recta aut oratione obliqua aut partim recta partim obliqua narratae sunt.

Oratione recta utitur P. in 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 18. 19. 23. 24. 25. 26. 32. 35, oratione obliqua in 11. 20. 22. 27. 30. 31. 33. Partim recta partim obliqua, ita ut ex or. obl. ad rectam transeat: 6 usque ad 14,1; 12—24,18; 16—31,5. 17—32,4. 21—36,15. 28—43,10. 36—49,2; aut rectam deinde obliquam adhibeat: 32 usque ad 46,13, ubi novum quid incipitur; aut rectam, obliquam, rectam 29.

IX. Prolepsis:

πρὶν ἢ γνῶναί τι τούτων ὡς ἔχει invenitur 9,7; 33,4 γνωρίσαι τὴν ἄνθρωπον ἥτις ἦν (cfr. 41,23; 10,4. 30,9; 11,20. 38,9).

X. Notabilia videntur etiam haec:

13,18 ἄθλου προκειμένου τῆς κόρης; 25,13 Κλύμενος γεννᾷ παῖδας, ἄρρενας μὲν — θυγατέρας δέ (Con. 10 cfr. 49).

G. De Parthenii more vocabula, locutiones, sententias repetendi.

Omnibus, qui scribunt, accidere solet, ut intra parvum spatium idem vocabulum redeat, proinde ac si in memoria inhaerens quam celerrime nobis invitis rursus velit adhiberi, ut, nisi scriptum diligenter recenseatur, talia saepe irrepant. Ita in Parthenii quoque libello nonnulla eiusmodi inveniuntur, ut in exordio, brevi illa epistula, sexies legimus αὐτός pronominis formas: αὐτοτελῶς — αὐτῷ — αὐτῶν — αὐτοῖς — αὐτῶν — αὐτά, ter μάλιστα; in fabula XXVII quater πολλά legimus, in fab. XXXV, pg. 48,13 sq. ὡς ἐκ πολλοῦ χρόνου συνείη αὐτῇ — ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος πολὺ μᾶλλον ἐδικαίου — etc.

Nonnunquam Parthenius idem vocabulum bis vel ter adhibet nusquam nisi in una eadem fabella aut praeterea perraro; neque quia argumento cogitur (ut in fab. XXXII δρομός XXV ὅρμος al.), sed etiam communes voces ita repetuntur: fab. XXIV μένειν 39,17. 40,5; fab. VIII μέρος 16,14. 16,22. 17,17; fab. XV πῶς 30,2 et 4 etc.

Sed molestius est, quod copiam locutionum sibi formavit, quibus in narrando etiam atque etiam utitur.

Et ab initiis fabularum ut initium faciam, haud inutile videtur, quomodo singulas fabulas inter se coniungat, explicare. Cum primae fabulae inter se conexae non sint (secunda et tertia exceptis eadem Ulixis persona cohaerentibus), quae sequuntur inde a quarta omnes fere δέ particula sunt coniunctae. Quo more Parthenius a reliquis mythographis differt[1]. Uno impetu scripsisse videtur totum libellum non titulis singulis fabulis distinctis; qui in codice sunt tituli non Parthenii esse iamdudum constat.

Initio opusculi sui paulo effusius narrat pauloque longius repetit (cfr. fab. I), ut fabellae propriis narratiunculis similes sint, quae non quam artissime compressae et in usum amici argumenta tantum respicientis compositae esse videntur. At magis magisque omnem amplificationem evitat; quare hic illic nihil nisi ossa tamquam et pellem invenimus (cfr. fab. XXVIII, XXX, XXXIV).

Plerumque aut ipso initio in medias res insilit aut a locutionibus quibusdam incipit.

Carent illo δέ praeter primam fabulam in codice: II, IV, VI, XIX, XXIII, XXVI. Neque secundae aut quartae fabulae δέ addam; in posterioribus enim hanc consuetudinem ei exstitisse existimo. Sed quamquam certum quid effici nullo modo potest, tamen reliquas fabulas Parthenio invito δέ carere probabile est. In

---

[1] Apollodori bibliotheca, quae genealogias continet non eiusdem generis est. Sed cfr. Paradoxographorum libros: λέγεται δὲ καί, φασὶ δὲ καί etc. saepe in [Arist.] «mirab. auscult.»; per δέ omnes fabellas conectit Antigonus in «histor. mirab.», idem facit Apollonius semper fere, interdum Phlegon.

VI λέγεται δὲ καί scribendum loci congruentes verisimile reddunt; in XIX cum Herchero (Herm. VII 310 A_2) τέ in δέ mutandum haud scio an ex initio XVIII fab. appareat; in XXVI ante Λέσβῳ facile potuit excidere δέ, ἐν δὲ Λέσβῳ scribam (cfr. XXXV ἐν δὲ Κρήτῃ). Deinde etiam in fab. XXIII δέ inseremus. Conferamus igitur initia (inde a fab. V):

5. Λευκίππος δέ.
13. Κλύμενος δέ.
19. Σκέλλις δέ.
23. Κλεώνυμος (δέ).
24. Ἱππαρῖνος δέ.
25. Φαῦλλος δέ.
6. Λέγεται δὲ καί, item 12. 17. 20. 21. 30. 31. 36.
16. ἐλέχθη δὲ καί.
27. ἔχει δὲ λόγος καί.
22. ἔφασαν δέ τινες καί.
28. διαφόρως δὲ ἱστορεῖται.
33. διαφόρως δέ — ἱστορ.

7. ἐν δὲ τῇ Ἰταλίᾳ.
10. ἐν δὲ τῇ Θεσσαλίᾳ.
26. ἐν (δὲ) Λέσβῳ.
35. ἐν δὲ Κρήτῃ.
29. ἐν Σικελίᾳ δέ.
32. παρὰ δὲ Χάοσι.
14. ἐκ δὲ Ἁλικαρνασσοῦ.
34. ἐκ δὲ Οἰνώνης.
11. περὶ δὲ Καύνου.
15. περὶ δὲ τῆς Ἀ. θυγ.
8. ὅτε δὲ οἱ Γαλάται.
9. καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐπὶ Ναξ.

Neque solum eodemmodo fabulas incipere, verum etiam pergere solet. Prima enim sententia cum nomina eorum proferre soleat (quod eadem saepe ratione fit per asyndeton velut «Βασίλος αὐτῷ ὄνομα» etc. v. pg. 58; Schmid. Att. I 420; Herod. adicit δέ, cfr. Stein ad I 71,8), qui in fabula primas partes agant, pronomine demonstrativo οὗτος etc. primam illam personam iterum significat, e. gr. fab. V: Λευκίππος δὲ, Ξάνθου παῖς, γένος τῶν ἀπὸ Βελλεροφόντου . . . . . οὗτος κατὰ μῆνιν Ἀφρ. κτλ.; item in fabb. VIII, XIII, XIV, XV, XX, XXIII, XXIV, XXV, XXXII, XXXIV, XXXV, XXXVI; bis per relativum I 6,2 et VII 15,5 ὅς[1].

Per hoc pronomen semper fere transit ad τὸ πάθημα. Enumerabo iam locutiones ad res amatorias pertinentes, ubi et in aequabilitate admireris varietatem et erotici scriptoris cognoscas apparatum.

[1] Idem facere solet Ant. Lib.; cfr. e. g. pg. 74,9. 75,17 etc.; alibi repetit nomen proprium, qui mos est Herodoti; Con. 3. 13. 23. 48. 50.

ἔρως; ἐλθεῖν εἰς ἔρωτα gen. obi. sequente 6,7. 25,15 (Arrian. 4. 19. 9); ἀφικέσθαι εἰς ἔρωτα 11,14, 35,9; similia 49,9 εἰς πολὺν ἔρωτα παραγίνεται; 49, 16. 27,10. 39,1; τις ἔρως ἐπῄει τὸν Περ. 33,3 (Her. I 30,13 ἵμερος ἐπῆλθεν) (9,6 et 14,5 ἔρως i. q. «res amatoria»).

ἐπιθυμία; εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν 21,9. 30,1. 45,10 (Plato, Crit. 113 D: αὐτῆς δὲ εἰς ἐπιθ. Ποσειδῶν ἐλθὼν ξυμμιγῆναι); sim. 39,14. 30,23. 44,7. 31,16. 45,19 cfr. 32,5. τὴν ἐπιθυμίαν τελέσειν 11,20 (Hom. dixit κότον, χόλον τελέειν; ἐπιθ. τελ. Ach. Tat. II 13,3; Fab. Roman. Eberhard, pg. 50).

πόθος; haec vox apud Homerum = «desiderium personae absentis» (πόθη plerumque); post Hesiodum (sc. 41) in Euripidis Hippolyti praeclaro illo carmine (526: ἔρως, ἔρως ὁ κατ' ὀμμάτων ἱεὶς πόθον sq. πόθον = ἵμερον invenimus (cfr. Soph. Ant. 796). Deinde post Theocritum II 143 in Anthologia potissimum exstat. Apud Parthenium ubique fere = «cupido» (praeter 16,21. 20,22. 40,18). τοσοῦτον πόθον ἔχειν 15,7 (cfr. 16,21. 20,22), sim. 7,1. 47,4. 19,4. 30,6. 40,3. 33,7. 43,10. 32,5; 40,17 τὴν δ' ἄρα πολὺς εἶχε πόθος (ἔρως ἔχει σε Aesch. Suppl. 516; Xen. Hell. 5. 3. 19; Thuc. 6. 24; πόθος ἔχει Soph. Phil. 646 al.; Anthol. Pal. saepe, e. g. V 114,6).

πάθος (uno loco = «calamitas» 41,1); οὐδ' ἐπ' ὀλίγον ἐλώφα τὸ πάθος 11,17 (cfr. Plato legg. X 854 C νόσημα λωφᾷ, locutio medicorum, ut videtur) sim. 22,18. 23,17. 45,13. 31,2. 32,7.

πάθημα (= πάθος ab Aristotelis temporibus) 25,16.

νόσος; 11,16 (cfr. 27,3) 32,8 et νόσημα 25,17 (νόσος et νόσημα apud Euripidem frequentissima cfr. Rohde, gr. Rom. pg. 28 A1).

Quomodo amantes cum amore pugnent, amor quemadmodum denique vincat, ita plerumque describitur: 11,15 τέως μὲν ἐκαρτέρει — ἐπεὶ μέντοι — οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἐλώφα τὸ πάθος κτλ.; sim. 25,15. 44,4. 49,10 (cfr. Ant. Lib. 110,8 τὸ πάθος ἄχρι μὲν ἐδύνατο κρύπτειν, ἐπεὶ δὲ κτλ. 115,17; Con. 45).

Qui usus duo enuntiata per τέως μεν — ἔπειτα δέ et similia inter se componendi vel opponendi cum Homeri et Herodoti prae-

cipue proprius sit, apud omnes scriptores usque ad Polybium invenitur. Parthenius talia persaepe adhibet: 32,5. 31,16 καὶ Λαοδίκη μὲν οὕτως ἐξέπλησε τὴν ἐπιθυμίαν, χρόνου δὲ προϊόντος sq. (χρόνου δὲ πρ. sexies 31,16. 32,5. 27,3. 6,10. 10,11. 39,17, sim.: χρόνου διαγενομένου 11,16. 49,9; al. 44,19; 8,5. 45,9. 33,9. 48,13. 22,3; 26,1. 41,17). 31,1 καὶ μέχρι μέν τινος ὑπ' αἰδοῦς κατέχεσθαι, ὕστερον δὲ νικωμένην κτλ., 32,3. 44,4; τότε μὲν — τῇ δ' ὑστεραίᾳ 19,21 sim. 19,6. 33,4; 49,10. 34,10. 32,12. 16,24; 40,23. (25,15.) 36,15.

Quibus in sententiis tempora haec fere sunt: in priore imperfectum, in posteriore aoristus; at variatur[1].

Amantes ubi resistere iam non possunt, aut interpellant amatum: 32,9 ἕως ἀποτολμήσασα προσφέρει λόγους τῷ παιδί; 49,12. 11,17. 23,12. 31,4. 32,10, aut multa machinantur, ut seducant amatum: 26.19 πολλὰ ἐμηχανᾶτο εἰς τὸ προσαγαγέσθαι τὸν παῖδα (15,5) 41,8 (cfr. Ant. Lib. 115,15).

Iam amatus aut mitis fit et inde cupiditatem explent (v. s.), aut amatus aversatur amantem: 26,20 Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀπεωθεῖτο, 41,9, quare qui amat aut ipse se interficit aut vi utitur; amatus igitur vel timore perterritus ut e medio tollatur deos implorat vel vitiatus, postquam in stupratorem vindicavit, ipse paenitentia cruciatus se trucidat (quae variantur videlicet), cfr. 26,10. 30,16. 50,2; 26,4. 48,17; 26,10. 47,8. 42,16 (34,15); 41,15. 27,8. 46,10; 33,18. 11,5.

Neque non alia repetita invenias: cfr. 27,6 cum 12,7; 24,18 c. 33,2; 20,15 c. 32,14; 20,9 c. 40,16; 19,17 c. 33,15; 14,13 c. 43,9. 16,1. 16,16. 33,14; 42,2 c. 15,18; 11,10 c. 25,14; 12,15 c. 22,19. 39,16; 42,14 c. 16,24; 29,13 αὕτη τὸ μὲν ἅπαν εἰς πόλιν οὐ κατῄει c. 43,18. 49,2 et 6 (Ant. Lib. 90,12), 39,18 c. 41,11; 19,1 c. 41,12; 26,6 c. 45,20; 16,17 c. 40,15; 34,16 c. 41,19; 42,12 c. 45,7; 6,2 c. 48,22; 9,17 c. 43,19; 6,19 c. 40,3.

Quod supra attigi (pg. 6) locutionibus per substantiva et γίνεσθαι etc. formatis abundare Parthenii libellum, cognosces ex his:

[1] cfr. Stich, de Polybii gen. dicendi Act. Erl. II 166.

διὰ λόγων γίνεσθαι 21,14 sim. 33,6. 49,12 (Her. I 36. IV 126) 23,12. 32,9, ὃν εἶχε λόγος 40,1. 38,9. 42,6 (Herodoteum cfr. Stein ad I 69,19) (Con. 21 κατὰ λόγους συνελθών).

ἐν νῷ ἔχειν 8,12. 18,6. 27,2 (Her. ubique); 19,18, multa alia.

Per γίνεσθαι et nominibus quibusdam locutiones finguntur, quae verborum loco substituuntur: γίνομαι σύνεργος 7,13. 31,6. 38,13 = συνεργέω, γίνομαι αὐτόχειρ 9,10 = φονεύω, γίνεται μεταβολή 19,20 = μεταβάλλεται; γίν. κατάδηλος 26,21, δῆλος 33,7, ἀφανής 30,14 (A. Lib. 68,10); γίν. σφοδρότερον τὸ πάθος 49,11 = ηὔξετο 32,7; περιωδύνου γενομένης 12,12, ἐγκρατὴς πόλεως 36,17.

per ποιεῖσθαι: λήθην π. 10,19, ζήτησιν π. 25,7, συνουσίαν π. 17,12, σπουδὴν π. 21,16 (Herodotus I 127. 161; Polybius VI. 118, VIII 79 al., Con. 32. 37 bis).

σπουδὴν τίθεσθαι 12,5. 33,4 (Soph. Ai. 12; A. Lib. 87,13).

φιλότητα τίθεσθαι 31,7.

θυσίαν τελέσαι 18,10. 26,7 (θυσίαν ἄγειν Con. 19. 49).

H. De Hiatu admisso et evitato.

In hoc libello satis leviter scripto in hiatu vitando multum operae scriptorem adhibuisse non erat verisimile. Itaque in unaquaque pagina tot hiatus exempla invenimus, ut enumerare longum sit. At non prorsus desunt elisio aut crasis.

Elisio invenitur a) apud praepositiones: ἀμφ' αὐτόν 22,9. 33,11. 14,4; ἀντ' ἀδίκου 42,13; ἀπ' 18,11. 23,16. 30,18. 49,20. 44,11. 44,20; δι' 43,9. 44,9. 49,15. 12,15. 29,16. 39,4. 32,4. 38,12; ἐπ' 30,14. 11,16. 31,19; κατ' 20,21. 49,2. 21,18. 11,10. 36,8. 18,21; μετ' 45,8. 21,11. 46,15; παρ' 26,7. 32,23. 35,14. 24,3. 10,21; ὑπ' 13,2. 31,1. 32,17. 31,18. 39,19. 19,19.

b) apud δέ: δ' ἄρα 8,5. 21,15. 25,2. 40,17 (at δὲ ἄρα 15 9/10. 18,5. 20,6. 23,17. 27,9. 44,13. 45,17. 46,2); τῇ δ' ὑστεραίᾳ 19,22.

32,21 τῇ δ' ἐπιούσῃ 20,22 (at 48,15 δὲ ἐσφαγιάσθη, 49,15 δὲ 'Αργανθώνης al.).

c) apud ἀλλά: ἀλλ' 'Ασσάονος 46,22 (Hercher. vult ἀλλὰ Σάονος; cfr. 47,17 ἀλλὰ 'Ελένης, 49 18/19 ἀλλὰ ἦλθεν).

d) ἔσθ' ὅτε 21,13 (at ἔστιν ὅτε 29,15).

Crasi utitur Parthenius a) apud articulum: τ'ἀδελφῷ 11,22. 45,5; 16,4 τ'ἀρχαῖον, 17,9; τ'ἀνδρός; 12,3 et 49,23 τοὔνομα.

b) apud καί: 33,6 κἀκ τούτου, 11,22; κἀκεῖ 10,7; κἀκεῖθεν 12,16. 17,2.

c) apud πρό: 18,8 προὔπεμπεν; 36,18 προὐτρέψατο; 38,7 προὔβαινεν (at 32,15 προεδήλωσεν).

Haec codex exhibet; quantum librario tribuendum sit, quantum librarius neglexerit, nequit discerni; immerito certe auxit exempla Heynius, quem secutus est Hercherus, de suo semper κἀπειδή etc. scribens. (De crasi cfr. Schmid Att. III 294.)

N paragogicum ante vocales semper adicitur; admittitur etiam ante dentales: 7,11. 7,14. 8,12. 16,16. 48,8, semel ante gutturalem: 47,17 φησὶν γενέσθαι.

I. De Tropis.

Parthenium, qui poëticis licentiis tamquam helluetur, tropis abundare facile existimaveris. At nullos, puto, invenias praeter hos.

1. Abstracta multa agere finguntur, quae plurima iam apud vetustiores neque solum apud poëtas sed etiam apud Herodotum, Platonem atque Xenophontem, al., ἔρως potissimum vocesque simili notione, de quibus pg. 63 egi. Praeterea ex Herodoto sumpsisse videtur haec: 13,7 ἐπὶ πλεῖστον χωρῆσαι κλέος αὐτῆς, Her. I 122 φάτις κεχώρηκε (cfr. Homeri κλέος οὔρανον ἵκει, Pind. Ol. I 23, Con. 8) 41,12 τίσις ἐλάμβανεν (Τράμβηλον) ἐκ θεῶν, Her. I 34,1 ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον.

2. Litotes nonnumquam exstat:

a) οὐκ ὀλίγων ἐπιμαινομένων 44,5 (οὐκ ὀλίγος saepe, apud Her. e. g. I 34. 66. 69. 160 al.), μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην 6,9 ex Her. I 204,5, v. pg. 9.

b) οὐ μετρίως 33,1 (comicorum, v. pg. 11; A. Lib. 85,6), οὐκ ἠρέμα φέροντος 39,1.

c) οὐ πρὸς ἡδονῆς ἦν 18,5, οὐκ ἐκτὸς ἦν τοῦ — πόθου 45,17.

d) οὐκ ἀνίει 24,18. 33,2, οὐ μεθίει 30,4, οὐχ ἁμαρτησομένην 40,17. 15,9 (Her. I 108, Nic. Dam. pg. 409).

K. Artis rhetoricae

vestigiis nudum fere est hoc breviarium. Duae figurae etymologicae exstant: 30,21 ἐλέχθη λόγος Herodoti (I 95 al.), 42,2 χῶμα ἔχωσε (Her. I 162, Plato legg. XII 958 E, Theocr. 23,43, Con. 32); unum asyndeton: 17,18 αὐτῷ, γυναικί, παιδίῳ.

Pleonasmi exempla iudicari liceat: ἐπὶ μεῖζον ηὔξετο 32,7, κρύφα (συνὼν) ἐλελήθει $48^{5}/_{6}$ (κρύφα ὑπέρχεται 14,9. 15,14 v. pg. 39). Sed uno fere ornamento utitur Parthenius, orationis quadam ubertate. Vocum paria iuxta componit, quarum ad synonyma nonnullae prope accedunt:

a) substantiva: 41,10 δόλῳ καὶ ἀπάτῃ (Her. I 69,9. VIII 40; Dion. Hal. A. R. 3. 23), 49,2 δίαιτα καὶ μονή, sim. 21,15. 26,6. 31,7. 32,13. 33,17. $40^{2}/_{3}$. 40,15. 45,6. 14,15. 16,17.

b) adiectiva: 13,6 καλήν τε καὶ ἐπίχαριν, 26,4 δεινὰ καὶ ἔκνομα, 30,7. 27,6. 32,3. 34,11.

c) verba: $14^{6}/_{7}$ ἀναπυνθανόμενος καὶ ἐπιγνούς 30,5. 12,12.

Atque omnino duabus vocibus vel duabus sententiis quae aguntur describere solet, velut: 8,2 ὃς αὐτὸν οἰκείως τε ὑπεδέξατο καὶ μετὰ πάσης προθυμίας ἐξένισε; 6,2. 20,2. 7,3. 9,9. $9^{19}/_{20}$. 11,12. 15,8. $15^{18}/_{19}$. $16^{11}/_{12}$. $17^{25}/_{26}$. $17^{26}/_{28}$. 18,23. $19^{18}/_{19}$ etc. etc.

Iam cum Parthenii generis dicendi vix quidquam me intactum reliquisse existimem, summam subducam totius disceptationis: In Parthenii genere dicendi elocutio poëtae Graeci et grammatici cognoscitur, qui sermonem illius aetatis doctis dictis exornat atque poëticis, quas partim ipse poëta adhibere assuevit, partim ex libris scriptorum eorum, apud quos narratiuncularum res exstabant, sibi assumpsit. Ut in Atticorum operibus eum versatum esse apparet, ita ubique secutus est Herodotum, cuius suavitatem loquendi (γλυκύτητα) cum eo dicendi modo, qui mythographos decere iudicabatur, τῇ ἀφελείᾳ, coniunxit. Arte rhetorica igitur abstinuit, σχήματα adhibere noluit, simpliciter verba comprehendit. Sed in Atticistarum numero haberi non licet, siquidem in dicendo ulla ratio manifesta non fit. Nam incuria quadam ac neglegentia, in rebus grammaticis potissimum, opusculum composuit, ut hic hac lege illic illa utatur. Itaque quoniam Parthenius norma regulaque plerumque vacat ac passim se praebet inconstantissimum, ut exemplorum inopia impediti usum quendam statuere raro possimus, in corrigendo summa opus est cautione. Quare noli mirari saepius a me, quae alii proposuerunt, reiecta, quam nova prolata esse: maiorem quam alii fidem habeo codici.

Loci paullo accuratius tractati enumerantur.

Typis C. F. Winteri.